



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

DISSE R T A T I O
DE
OTHONIBVS ÆREIS.

Auctore HENRICO THOMA CHIFLETIO,
IOANNIS IACOBI F.

Subiunctus est
CLAVDII CHIFLETII
DE
ANTIQVO NVMISMATE
LIBER POSTHVMVS.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. LVI.



Dono Serb^{mi} Archiducis
Leopoldi Gulielmi

H. W. Blum



SERENISSIMO ARCHIDVCI,
LEOPOLDO
GUILIELMO,
AVSTRIACO, BVRGVNDICO
BELGARVM SEQVANORVMQVE
PROREGI,
VERI AC PERFECTI PRINCIPIS
PROTOTYPO,
OTHONIS IMP. NVMISMATA,
EX AVRO ET ARGENTO LEGITIMA,
EX AERE NONNISI ADVLTERINA,
VENERABVNDVS OFFERT
HENRICVS THOMAS CHIFLETIVS,
IOANNIS IACOBI F.

INDEX CAPITVM.

CAPVT I.

VEri Othones aurei & argentei, cum explicacione. pag. 5.

CAPVT II.

Communi sapientum sententiâ, arei Othones legitimi non inueniuntur. 8.

CAPVT III.

Cur arei Othones legitimi non existent. 10..

CAPVT IV.

Pseudo Othones arei duo prima magnitudinis, itemq; alij plures eiusdem forma, explosi. 15.

CAPVT V.

Othones quatuor arei, prima & secunda magnitudinis, ex aliorum Caesarum nummis veteribus sunt effici. 19.

CAPVT VI.

Minuti Othones arei, vel fuere argentei subarati, vel ad argenteos veteres fusi. 25.

CAPVT VII. ET VLTIMVM.

An existent antiqui ex are Othones Graci. 28.

DISSE-

5

DISSERTATIO DE OTHONIBVS ÆREIS.

CAPVT I.

*Veri Othones aurei & argentei, cum
explicatione.*



GCREDIOR de Othonis Augusti numismatis scribere ; opus & intactum antiquariis, & si occasionem consideres scriptionis, sanè illustre . Non enim apud priuatos sedit hæc quæstio, sed mota magnos inter Principes; FERDINANDI Imperatoris excitata iussu,

CHRISTINÆ Reginæ auctoritate fulta, cuius nos è longinquo fama feriebat , Maiestas postea mirabilis propriis perculit oculos . Ego optimi Principum, LEOPOLDI GUILIELMI Archiducis imperio obsequor , qui cùm parentem mecum designasset qui scriberet , ipso aliis occupato, acquieuit, si filius parentis vice fungeretur . Magnum quid profectò est, ubi iubet Archidux , incitat Imperator , Reginæ decernit.

DISSERTATIO

Lineas ergo prius ducam per veros Othones aureos & argenteos, qui ad falsorum ex ære differentiam inspectorem iuvabunt in tabella incisi, in quâ duo dumtaxat exhibentur Othonis capita, sed auersæ illorum partes diuersæ decein.



Primus ordine Otho sic est inscriptus: IMP. OTHO.
CÆSAR AVG. TR. P. absque Marci prænomine. Suetonius: Fuisse traditur modice statura, & malè pedatus, calvusque: munditarum vero pene muliebrium; vulso corpore; galericulo capiti, propter raritatem capillorum, adaptato & annexo, ut nemo dignoscaret. Quin & faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetus; idque instituisse à primâ lanugine, ne barbatus vñquam esset.

In Otho-
ne.

Plutar-
chus.
Suetonius.

I I. CONCORDIA PRÆTORIAN. Milites prætoriani, Othonis spiculatores erant, quorum aximum fidemque erga se expertus est Otho, pene internecione amplissimi Ordinis.

Plu-

DE OTHONIBVS AEREIS.

Plutarchus de illis: *Sollicitauerunt eum monentes, ut suspe-
ctos haberet, caueretque & deprimeret primores.* Illorum signifero dextram porrigit Otho, & de fide gratulatur.

III. VICTORIA OTHONIS. Suetonius: *Tribus qui-
dem, verum mediocribus prælijs apud Alpes, circaque Pla-
centiam, & ad Castoris, quod loco nomen est, vicit.* Per Le-
gatos scilicet, vt etiam per Aponium in Mysia, Othonem Tacitus.
*gloriam in se trahente, tamquam & ipse felix bello, & suis
Ducibus, suisque exercitibus Rempublicam auxisset.*

I V. PONT. MAX. Insignis Pontificatu Otho Ca-
pitolium subiens exultat in equo. Tacitus: *Otho, cruento
ad hunc foro, in Capitolium velatus.* equo scilicet. Plutar-
chus: *Nous Imperator, lucis principio, in Capitolium pro-
gressus sacrificauit.*

V. M. OTHO. IMPERATOR. CÆSAR AVGUST.
Marci prænomen hinc habet Otho ab avo, Marco Saluio-
Othonem, monetali triumuo. Tectum est Imperatoris
caput pileolo, qui calamistrata gradatim corna conspi-
cuus est, vt in primo.

VI. Iovis CVSTOS. Sedens Otho habitu Iouis
Custodis: quò fortè respexit Tacitus, vbi dixit, *adesse
confilijs numen Othonis.* Vel ipse Otho custos dici voluerit,
aliorum Imperatorum exemplo. Horatius ad Augu-
stum:

*Dinis orte bonis, optima Romule
CVSTOS gentis, abes iam nimium diu.*

Lib. 4.
cariss.

Item alias in Augusti laudes excurrens:

*CVSTODE rerum CÆSARE, non furor
Civilis, aut vis eximet otium.*

VII. PONT. MAX. Otho rursus sedens habitu Io-
uis Custodis, qui est idem cum Capitolino.

VIII.

VIII. ROMA. Utetur Otho maiestate urbis: Tacitus: *Erat grande momentum in NOME urbis, ac praetextu Senatus.*

Tacitus. IX. SECVRITAS POP. ROM. Post cædem Galbae, Othonis mens, levata omni sollicitudine, vacare gaudio cœpit, ut ab eo crederetur orta patriæ securitas & quies.

Dial. 2. X. SECVRITAS P. R. Alius securitatis typus, quem sic describit Ant. Augustinus: *Stans erecta, sinistrâ sceptrum, dextrâ lauream tenens corollam, quæ victoris præmium est.*

XI. SECVRITAS P. R. Alia securitas, ut ait Seneca, affluens hîc spectatur, cum cornucopiâ & clypeo. Tacitus: *Profectus Otho, QUIETEM urbis, curasque Imperij, Saluio Titiano fratri permisit.*

Tacitus. XII. PAX. ORBIS. TERRARVM. Numisma custum, postquam Pax & concordia speciosis & irritis nominibus iactata sunt. Quæ pax enim esse potuit bellis ciuilibus? ubi soliditudinem faciunt, pacem appellant.

In Agri-
colâ.

C A P V T I I.

*Communi sapientum sententiâ æri Othones
antiqui non inueniuntur.*

PRÖDVCTI S & explicatis ex materiâ principali Othonibus legitimis, succedit quæstio, *An ex viliori æris metallo cusi antiquitus Othones reperiantur.* Dissoluit controversiam Serenissima CHRISTINA, Suecorum, Gothorum, Vandorumque incomparabilis Regina, quæ cùm à parente meo inaudisset allatum è Germaniâ Serenissimo Archiduci Othonem æcum, Apollinari responso

DE OTHONIBVS A REIS.

responso subdidit : *Qui AREVM OTHONEM REPERE-
RIT ANTIQVVM , PHILOSOPHICVM LAPIDEM IN-
VENERIT. Dictum sapiens, Augustum, aureâ dignum
statuâ. Ut namque pro illo lapide frustrâ multi bona sua
dilapidant ; ita pro hoc numismate omnes in vanum
exercent industriam.*

In eamdem sententiam descenderat iampridem
Æneas Vicus Parmensis, antiquariorum primipilus: sic
enim ille , vbi agit de numismatis ex ære Corinthiaco:
*Delle medaglie di rame grandi con la effigie di Augusto, taceo,
perche se ne sono poche, & meno di quelle di Cesare . Di*
*OTHONE non dico, la cui effigie niuno, senza suo inganno, si
rvanta bauer veduta stampata in rame. hoc est: De numi-
smatis æreis maioribus cum effigie Augusti, taceo, quia raro oc-
currant, Cæsarisque rarius. De OTHONE nihil dico, cuius
effigiem nemo, absq; errore proprio, iactare potest se vidisse æri
impressam.* Alio item loco : *Le medaglie di OTHONE in Cap. 28.
argento, & in oro, sono tutte rare: ma di rame, sin qui non
ne ho veduta alcuna anticha, ne parlando con vecchi profes-
sori di cose antiche, in tutta Italia, ho ancor trouato uno, che
veduto ne habbia, ben di finte assai.* id est : *Numismata
OTHONIS argentea, & aurea omnia sunt rara: sed anti-
quum habentus nullum vidi æreum; neque agendo cum se-
nibus rerum antiquarum per totam Italiam professoribus,
vel unum nancisci licuit, qui vidisset, sed adulterata plu-
rima.*

Succedit Antonius Piso, vir de antiquitatibus optime
meritus : Profert Ioannes Sambucus OTHONEM, octauum Imperatorem, quem dicit se in ære seruare, quod inauditum est, & incredibile Italij Antiquarijs, qui negant ullum repertos numisma OTHONIS æreum.

B

Mira-

Mirabilis Claudij Menetrij genius fuit, in disquirendis nummis assiduus, totus in illis: Italicam tellurem Sequamus amauit ut matrem, quod illa tot pareret, tot aperebaret ingenia, promente terrâ quotidianam materiem, semperque nouam scribendi. Notus fuit Nicolao Peireskio, Laurentio Pignorio, Equiti Cassiano à Puteo; & cui non notus, cùm Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini Antiquarius fuerit? Interrogatus aliquando à meis, parente, & patruo, tam explosum esse hunc Romæ numinum, respondit, vt qui **AERVM OTHONEM** iactaret sermonibus, venderet fabulam.

Nullum Adolphus Occo refert, ille sedulus scriniorum in Germaniâ scrutator: nullum Ioannes Tristanus, qui in hoc studio consumpsit ætatem: nullum Franciscus Angelonus, numismatum nuperus editor. Pol, isti cùm non loquuntur, consentiunt, Plautinumq; hîc locum habet: *Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios; una res, omnes compacto rem agunt.*

Quod ergo falsum est, obducto veri simulacro, ac nomine, oculis nostris, animisque fucum facit: & quamdiu nos fugiet falsi verique numismatis discrimen, perpetuò alucinabimur.

In capti-
uis.

C A P V T III.

Cur arei Othones legitimi non extent.

SEBASTIANVS Erizzus, & Leuinus Hulsius, causam suis scribunt breve Othonis imperium. Imperavit Otho, vt Suetonius tradit, diebus nonaginta quinque; vt Cassiodorus, mensibus tribus, & diebus quinque.
Spatium

Spatium vides; & si perpendas, breuius Heluij Pertinacis, qui octoginta septem; Quintilli, qui septendecim; Floriani, qui octoginta diebus imperium tenuerunt. Illorum tamen ærea numismata nostris versantur in oculis. Non igitur constat illa ratio, transeamus ad aliam.

Numismata aurea, argentea, & electrea Imperatores arbitrio suo cudi iubebant vel in monetis palatinis, vel in castris. Vnde Dio Augustum scribit, *pecunias suas ab aerario separatis habuisse.* τὰ χρῆματα, *pecunias*, explico aureos & argenteos vsuales nummos, qui iussu Cæsarum cudebantur. Plinius de aureis: *Paulatim Principes immutare pondus aureorum.* Lampridius de Heliogabalo: *Varias nummorum aureorum formas inuenit causâ largitionis.* De argenteis Suetonius in Augusto: *Nummum argenteum notâ syderis Capricorni, quo natus est, percussit.* Rursum Lampridius de Alexandro Seuero: *Alexandri habitu plurimos nummos figurauit, & quidem ELECTREOS: plurimos tamen aureos.* Electrum auro simul argento- que, vel naturâ, vel arte mixtis constabat.

Lib. 33.

Lib. 33.
cap. 3.Plin. I. 33.
cap. 4.

Æris autem signandi auctoritas penes Senatum erat: vnde nummi ærci notam S C. hoc est, *Senatus consulti*, præferebant in auersâ facie, usque ad tempora collabentis Imperij: quibus cum Respublica per tyrannos lacerata fuisset, Senatus auctoritate cassâ ac deminutâ, factum est, ut omne nummi genus, etiam æreum, Imperatoris solo iussu cuderetur, nulli inscriptâ S C. notâ, sed aliâ; quæ locum monetæ in ciuitate aliquâ, vt Constantinopoli, Scissiæ, Aquileiæ, Treuiris, Lugduni, vel alibi cuse indicaret.

Quod dixi de auctoritate Senatus in signando ære primis Imperij Romani sæculis, firmatur ex Dione, cu-

Lib.60. ius hæc sunt verba de Caligulâ : C A I I memoriam egrè ferentes, omne æreum numisma, quod eius imaginem haberet, conflari iussurunt. Æreum dumtaxat Caligulæ numisma conflatum scribit Dio, non aureum, non argenteum: quia scilicet æreum solum iussu Senatus signatum fuerat, eiusque decreto conflati solum poterat.

Atqui constat Othoni non fauisse Senatum, qui fauore militum imperium arripuerat. Tacitus: *Manifesta in Othonem omnium militum studia, desertum fugâ populi fororum, districta aduersus dubitantes tela.* Et paulò antè: *Milites Romani dissectâ plebe, PROCVLICATO SENATV, truces armis, rapidis equis forum irrumpunt.* Deinde per aliquot paginas: *Fremit miles, & tribunos, centurionesque proditionis arguit, tamquam FAMILIAE SENATORVM ad perniciem Othonis armarentur.* Tum denique: *Vndeque arma, & minæ, modò in Centuriones, Tribunosque, modò in SENATVM coniuersum.* Plutarchus etiam rogantes inducit milites, ubi essent HOSTES CÆSARIS SENATORS. Suetonius currentes per Palatium, cedem SENATVS flagitantes. In Otho- ne.

Lib.64. Et Dio de Othone: *Milites multitudine munerum, blandisque sermonibus in tantam licentiam scelusque induxerat, ut aliquando sint ausi in Palatium irruptionem facere, cum frequentes SENATORES apud Othonem cœnarent; interfectisque ijs à quibus arcebantur, tandem irruere èo ubi conuiuum agebatur, occidereique OMNES, qui intus erant, solis ijs, qui inde abierant, aut se antè aliquò abdiderant, conseruatis: cuius rei causâ Otho & præmium ipsis largitus est, perinde ac si id facinus in gratiam eius fecissent.*

Lib. cit. Certè si Otho (cuius, Tacito teste, nota fuit adulatio) prætulit nomen Senatus, non admisit auctoritatem. Idem

Idem Tacitus: *Multos è magistratibus, magnam Consularium partem, Otho, non participes aut ministros bello, sed COMITVM SPECIE, secum expedire iubet. Alio loco: Erat grande momentum in nomine urbis, ac PRÆTEXTV SENATVS. Itemque alio: Eas, quæ Lugduni agebant copias SPECIE SENATVS misit.*

Memorandum h̄ic etiam Othonem Imperatorem à Senatu & populo ne titulo quidem honestatum. De Claudio Gothicō narrat Pollio: *Adulator S E N A T V S, adulator Populus Romanus, adulatrices extera gentes, adulatrices prouinciae; siquidem omnes ordines, omnis artas, omnis ciuitas, statuis, vexillis, coronis, fanis, arcubus, bonum Principem, aris ac templis honorauerunt. Tam verò nudus fuit ab eiusmodi monumentis Otho, ut nulla eius superfuerit epigraphe in ære, lapide, marmore, præter sepulchralem, eamque non ut pro Imperatore, sed quasi prœ vernulâ positam. Vidi ego, inquit Plutarchus, cùm Brizilli essem, et modicum monumentum, & inscriptionem eiusmodi, M. OTHONIS. Suetonius de Vitellio: Lapidem nomine Othonis inscriptum intuens, dignum eo mausoleo ait. Ex quo scilicet vixisse colligas potius quam imperasse Othonem, à eius morte milites infensum Othoni SENA-TVM adhuc arbitrabantur.*

Hæc cùm ita sint, mirum non est, nulla Othoni cusa fuisse ærea numismata, cum S C. notâ. Cur verò Senatus auctoritate, quam sibi totam usurpauerat Otho, ad æs signandum non sit usus, haric mihi patens meus mentem iniecit: Othonem superbum ac prodigum Imperatorem fortassis abhoruisse à vili æris materiâ, quæ sordidam æruginem facile contrahit: & situm est in experimento, contactu æris manus infici odore prauo, vene-

Plinius
lib. 13. c. 3.

ni etiam participe materiâ, & quæ à poeulentis abdice-
tur & esculentis. Vade vero simile est Othonem, qui cu-
tem curabat & capillos, suauiter fragrantibus *odoribus*
perfusus, etiam, quod mirere, *in plantis pedum*; dictus id-
circò à Mattiale *modus Otho*, & à Iuuenale, *Pathicus Otho*,
hoc est suis datus affectibus: vero, inquam, simile est il-
lum æream odio habuisse materiem. Odia indiuiduis
peculiaria sunt, & connata: sunt qui caseum abhorreant,
alij vinum: sunt qui poma, & rosas, quarum odore ani-
mo linquuntur: alij felis, alij muris aspectum exhorta-
scunt. Scaliger ad conspectum nasturtij ita contremi-
scebat, ut horrore quassatus abire cogeretur. Illa autem
odia ab idiosincrasia, certoque corporeæ mixtionis mo-
do deriuantur. Ut sic planè veritati non repugnet, Otho-
nem æream materiem odiisse, quâ nunquam usus legi-
tur, sed auro sæpius, & argento.

In Galbâ.

Plutarchus de illo: *Quoties Galbam invitaret, sæpius cohoret excubantem nundinabatur largitionibus, AVREOS in singulos diuidens.* Item Suetonius: *Quoties cœnâ Principem exciperet, AVREOS excubanti cohorti viritim diuidebat.* Rursum Plutarchus: *Fama est cum Nero aliquando pretioso vnguento, quo unctus erat, Othonem aspersisset; illum contrâ insequenti die excipientem Neronem, repente fustulas AVREAS & ARGENTEAS diuersis locis proposuisse, que quasi aquam magnâ vi fuderunt vnguentum.* Et inferius de Othonem eodem: *Deficienti ab Nerone Galba primus ex rectoribus prouinciarum aggregauit se, offerensque quidquid in poculis, & mensæ instrumentis, AVRI & ARGENTI haberet, tradidit Galba, ad signanda ex eo numismata.* Vides Othonem ad cudendam pro Galbâ pecuniam aut æs spreuuisse ob materiae vilitatem, aut odiisse naturali fasti-
dio & contemptu.

In Nero-
ne.

Respexit

Respexit deinde parens meus ad Italicum vocabulum OTTONE (Latini *as flavum* dicunt) forte fluxum ex eo, quod Imperator Otho ab ære abhorreret, & adoptatum per *artifices*, sicut ex aduerso (verba sunt Sidonij) *maiores nostri prælia, quibus nihil est fædus, Bella dixerunt: quique etiam pari contrarietate Fata, qua non parcerent, Parcas vocitauere.*

Lib. 2.

Epist. 1.

Varij nunc sunt, ut fuere olim, Principum affectus: quæ ex ære numismata spernebat Otho Cæsar, hodie Serenissimus Archidux noster præ aliis æstimat propter magnitudinem, & auerſarum imaginum elegantiam multiplicem; secundo loco aurea habet; postremo argentea.

C A P V T I V.

*Pseudo-Othones arei duo prima magnitudinis;
itemq; alij plures eiusdem formæ & explosi.*

POSTQVAM sæculo præterito exulare barbaries cœpit, litterarumque gloria restitui; viri Principes, & rerum antiquarum studiosi, numismata vetera congerere orsi sunt, & Imperatorum series instituere. Primos inter duodecim Cæsares deecrat ipsis æreus Otho, quem vnde quaque scrutari, quovis pretio inuestigare. Vnde lucri aviditas corruptorum excitavit ingenia. *Patainus* Dial. 11. quidam, inquit Ant. Augustinus, *bac in placidæ excellens, veteres nummos feliciter exprimens, ut spectanti voluptatem prebeat, et nisi peccarent interdum rati littere, rati imagines, nihil requiras amplius.* Illi Pataino artifici Ioanni Cauinio nomen erat, cuius nota *fraus, nota & inanitas,*

manus, sed laudata felicitas: tam bellè namque typis nouis expressit Othones ærcos, ut omnes exptarent, nisi nouitas demeret pretium. Duos dumtaxat repræsento, in quibus cædem inscriptiones, sed diuersa emblemata partium auctorarum.



In Epit.
Thesauri.

Primus Patauini æreus Otho idem pænè est cum alio adulterino, quem vidit Iacobus Strada, descripsitque in hunc modum: *Numisma æreum Othonis vidi, in cuius altera parte ara conspicitur, cui Imperator togatus adstet. Ab altera parte aræ est Tribunus militum loricatus, & paludatus, iungens in aræ dextram cum Imperatore. A sergo Tribuni sunt alij milites loricati gerentes signa militaria, cum inscriptione, CONCORDIA MILITVM. Infræ subscriptū SC. Sola*

Sola differt inscriptio, quæ in nostro legitur, SECVRITAS P. R. videturque desumpta ex æreō numismate, quod extat in m s. Goltziano, vbi eadem litteræ & imagines nullo prolsus discrimine sunt expressæ.

Hadriani

In alio numismate, quod h̄ic secundo loco insculptum habes, eadem est SECVRITAS P. R. sed alio typō ereta, ferens coronam lauream. Eiusmodi Pseudo-Othones multorum manibus teruntur, quos pulchritudinis gratiā seruant, non antiquitatis.

Alium Othonem æreum Ioannes Sambucus ad finem suorum emblematum edidit magno cum gaudio, quod Ioanni Groliero significauit his verbis : *Per hoc triennium multis modis bibliothecam auxi ornauique meam, atque antiqui operis numismata, que tu adeò extollebas, maximè raris cumulaui, ut vel summis Cardinalibus admirabiles Romæ, & per Italianam Principibus fuerint : præsertim OTHO hic M R E V S, cum circa Hadriani, & Pescennio, VNIVS, quod sciam in Europa.* Plaudit sibi Sambucus de suo vnico Othoni, cui rosiōne artificiali dettitum caput, & planè mutila inscriptio. Audio Sambuci querelam, & credo facile, patrimonium eius quorumdam mercatorum imposturā diminutum. Quisquis illi mercem hanc obtrusit, malignè imposuit. Insurrauit alias Lipsius Giselino tamquam in aurem, plus fame Sambucum, minus babuisse doctrinæ.

In nuncupatoria, an. 1565.

Octauium Stradam quis mendosum non arguat ? Duos exhibuit Othones æreos; quorum vultus si conferas cum aureis & argenteis, qui nemine contradicente legitimi sunt, tam esse dices similes, quam oua ouibus.

Hubertum Goltzium oportet adeamus : ille, Erycij In Geneal. Putcani elogio, instaurator antiquitatis, Othones æreos Putcan.

Epistolar. Misc. cent. I. Epist. 2.

C

ali-

aliquando viderit? Perquisui in tabulis, & respexi, sed non veros. Deceptum Goltzium dicemus rerum falsarum ludibriō? Non hoc quidem, sed audi: aliter pingere, aliter explicare solitus Goltzius; si tulisset iudicium, damnasset errorem.

Parte 4.
cap. 21.
pag. 382.

Parte 4.
cap. 1.

In Otho-
ne.

Lib. 33.
cap. 9.

Doctus est Lud. Sauotus, & opus eius æstimo Gallici saporis: voluit ille turbam sequi, & errare cum multis: Pescennij, ait, *numisma in quovis metallo rarum est post æcum Othonis*. Existimauit ergo Sauotus extare veros Othones æreos. Alibi dicentem obseruo: *Notitiam numismatum longos requirere annos, sumptusque infinitos, nec licuisse sibi per conditionem, effusione pecuniarum tanta ad eiusmodi peruenire notitiam*. Non igitur Sauoto licuit examinare Othones, & pro uno æreo expendere quingentos supra mille Brabanticos florenos, ut alias Carolus Croyus Dux Arschotanus pro suppositio; qui ex æreo Titi numismate effictus erat. Dicam amplius, æcum Othonem, inductā dolo specie, à Buquingamio Duce emptum aliquando Iacobis Anglicis quingentis, qui florenis Brabanticis quinques millenis æquales pretio erant. *Æstimaretur*, inquit Læwinus Hulsius, *nummus æreus elegans Othonis authenticus aliquot centum, immo mille aureis*. Rectè quidem, *æstimaretur*, si occurriteret: sed uno falso ære vilitas auro redditur, atque, ut iam Plinij æuo, *pluribus veris denarijs adulterinus emititur*.

CAPUT

C A P V T V.

Othones quatuor arei, prima & secunda magnitudinis, ex aliorum Cæsarum nummis veteribus sunt efficti.

ACCVRATAM numismatum antiquorum collectionem, studium elegantiæ appellabat Lipsius. Audeo maiore encomio studium Principum nominare, quod in eo nec meliora discant, nec plura quam Principes. Heroicum iam ab initiis Romani Imperij studium fuit, quo oblectatus Augustus amicis munera divi-debat, nummos omnis note, etiam veteres Regios, ac peregrinos. Hodie Augustissimus Imperator FERDINANDVS III. eiusmodi antiquitatum delectatur amoenitatibus, Romanæ magnitudinis, vel in numismate magnus inspecto, interpres suminus: cuius genium ac virtutem æmulatus Serenissimus noster LEOPOLDVS GUILIELMVS, interrogare per litteras Augustum Fratrem voluit de Othonibus æreis, ut si quos haberet, mitteret examinandos. Quaternos per interualla lumbens misit Imperator, Marcum Antoninum Cæsarem iimitatus; qui etsi versatissimus in omni studiorum genere, omnibus tamen non credidit, sed diu inquisivit quod erat verum.

Cent. 5.
Epist. 3.

Sueton.
in Aug.



Primum numisma Cæsareis codicillis inclusum ut accepit Viennâ Serenissimus, parenti meo porrexit, ut iudicaret. Non diu hæsit parens, quin affirmaret Othonem esse nouum ex antiquo Galbâ efformatum: quod & idem postmodum patruus meus Balernensis Abbas calculo suo firmavit. Consensere item rogati sententiam viri eruditissimi, Otho Zylius, Albertus Rubenius, & Casperius Geuartius, qui in adulterato Othone illo Galbæ lineamenta superesse censuerunt. Idemque postremo ac decretorio suffragio sanxit Serenissima Regina CHRISTINA, cùm percupisset videre numisma, quod à parente meo ipsi est ostensum. Nasus enim Othoni spurio superest aduncus, quem Galbæ tribuit Suetonius; contractiores genæ, ac velut recedentes, ut in sene, cùm Otho pinguior esset, & spectabilior viridi in ætate.

Præterea in epigraphie circa Othonis caput (præter alios nœuos) obseruabis pedatam nimis esse aspirationem H, nimiamque apparere inter crura distantiam, præter scribendi eius temporis morem; quemadmodum videre est in epigraphis aureorum argenteorumque Othonis numismatum, necnon & in æreis aui eius III uiri monetalis, quæ Serenissimus seruat, quibus inscriptum, M. SALVIVS OTHO. Id quod etiam obseruari potest in HADRIANI nummis, atque in aliis multis Marci Aurelij, Faustinæ utriusque, Didiæ Clariæ, ac Iuliæ Piæ, in quibus legitur HILARITAS, ubi passim non adeò pedata aspiratio, cruraque paulò sunt coniunctiora.

Denique agersum Emblema, LIBERTAS PUBLICA; cum pileo in dextrâ, Galbæ proprium est, propterea quod post mortem Neronis, plebs pileata urbe tota

C. 3. discut-

discurreret, teste Suetonio : quâ de re Aurelius Victor:
*Adeò cuncta prouincia, omnisque Roma interitu Neronis
exultauit, vt plebs induita pileis manumissionum, tamquam
fæuo exempta dominio triumpharet.* Libertas certè adeò
Galbae propria fuit, vt eius numisma consensu Senatus
restituerit Nerua, in cuius auersâ parte circa typum li-
bertatis scriptum : IMP. NERVA. CÆS. AVG. REST.
Quod & idem proprium Galbae symbolum instaurauit
etiam Traianus cum epigraphe : TRAIANVS. AVG.
GERM. DAC. PART. REST. Verumque nummum
propriâ delineatum manu reliquit Hubertus Goltzius.
Sed & hanc marmoream basim edidit Gruterus, quæ ad
rem facit :

I M A G I N V M. D O M V S
A V G . C V S T O D I B . S I G N V M
L I B E R T A T I S . R E S T I T U T Æ
S E R . G A L B A E . I M P E R A T O R I S . A V G .
C V R A T O R E S A N N I S E C V N D I .

Secundum numisma antiquum est, non est tamen
antiquus Otho, cùm palam sit non esse Othonianorum
temporum : qui enim versatus sit in Numismaticâ pra-
xi, animaduertet à Julio Cæsare usque ad Hadrianum,
in æreis numismatis rotunditatem formæ spectari, pau-
cis demptis, quæ sub Augusto cusa sunt in Coloniâ
Nemauensi, in quibus Augusti & Agrippæ capita, & in
auersâ parte crocodilus. Quapropter hoc numisma
Othoni tributum non recte ad illa tempora referetur,
cùm eius forma sit inæqualiter rotunda, qualis primū
cœpta cudi sub Antonino Pio.

Ad hæc, præter rotunditatem, quam habent numi-
smata ante Antoninum Pium, oræ sunt illis semirotun-
dæ, quæ in hoc Othone adulterino planæ sunt, & angu-
latæ,

latæ, quod etiam fieri cœptum sùb Antonino Pio. Adeo crassitatem laminæ enormem proportione rotunditatis, quæ in præcedentium Imperatorum nummis non occurrit nisi cum magnitudine conueniens, idque raro. Ex quibus omnibus ad oculum patet, hoc numisma non solum benè referri ad Antonini Pij tempora, sed in eovultum Antonini expressum fuisse, ex quo demptâ barbâ, mentoq; deminuto, Othonianus vultus fuerit fictus; sed non affabre omnino, cùm supersit è scalpro galericali asperitas in capite Othonis; ut etiam in corollâ, quam auersa figura stans dextrâ tenet. Neque ita erasit artifex litteras, quin earum vestigia supersint non tantùm in posticâ parte, sed in anticâ etiam, vbi, præter alias labes, ductus obliquus adhuc restat post nomen Othonis. Postremò, demptâ, si quis velit, inscriptione, valdè imperitus erit, qui Othoni tribuerit gracilem hunc vultum, cuius plenior facies, & rotundior erat.

Tertium Othonem ut vidi, inscriptionem laudauit nitidam & extantem, proportionem commodam, Romanos characteres pulchrè expressos. Sed non obseruavit adulterator, *ne quid nimis*. Nimirum enim expolita est aduersa nummi facies, & quasi noua: depresso nummi veteris laminâ, expressæ nimis diligenter extant litteræ nouæ, & puncta minutula; cùm postica pars eroa sit ærugine. Aliam verò arguas artificis oscitatiæ, qui capillitium non planè composuit Othonianum in morem, neque per gradus satis discriminavit; quod cum aureis argenteisque legitimis comparando obseruauit ipse met Serenissimus.

Formam præterea numismatis obserua: eius congruentiaz & magnitudinis nullæ sunt ab Augusto usque ad

ad Traianum : omnia enim vel maioris vel minoris sunt formæ, neque adeò crassa. Denique inscriptionem si deinas, Othonianum esse vultum nemo dixerit, sed potius Hadrianeum, ex quo reflexâ in frontem comâ, abrasisque mentum ac genas obducentibus pilis, ut tuberosior appareret vultus, non operosum fuit fingere caput, quod accederer ad Othonianum:

Quarti Othonis hîc in tabellâ expressi mentionem facit Erizzus, & iniiceret veritatis scrupulum, nisi quod se vidisse ait numisma, hîc videres coram quam exigua fictum sit industriâ. Totum Augusti caput est, quale in nummis III uirorum monetalium. Capilli Augusti ad Othonis rationem negligentius sunt compositi. Seruauit artifex auersam numini Augustei partem totam, in quam SC. intra coronam lauream. Numisma denique male exceptum est à limâ eodem modo, quo illa Nemausensia, de quibus ante, quorum ne vnum quidem limâ non arrosum vidi, vel per oras, vel per capita, vel per emblemata in modum monetæ antiquatæ; quod dignum alias examine singulari.

Isthæc autem numismata quatuor à nobis examinata cum successivè per cursores remisisset ad Cæsarem Serenissimus, alterum ex illis (primum nescio, an secundum) ostendit Imperator Illustrissimo Comiti Nicolao Draskouich, Camerario suo, huius studij peritissimo, qui primo intuitu verum esse Othonem dixit, deceptumque in suâ crisi parentem meum. Nummo tamen postmodum domi attentè considerato, ad Imperatorem Possonij agentem has dedit litteras doctrinæ plenas & ingenuitatis.

Errani

Errauit nuper, Imperator Auguste, circa agnitionem numismatis Othonis Imperatoris, temerè & præcipitanter illud pro legitimo approbando. Huius erroris mei à Maiestate vestrâ humiliter veniam peto. Sed hic diutius ac diligentius considerato numismate, tandem agnoui illud ab impostore quopiam (quibus abundat Italia) falsificatum esse, ac in antiquo numismate, deleto priori, caput Othonis, sive effigiem taliter qualiter incisam, sive insculptam esse. Potissimum autem litteræ malè insculptæ idipsum indicant euidentissimè: neque enim forma litterarum est aei Othonis, sed longè posterioris: quod Maiestati vestrâ sacratissimæ coram aliquando efficacissimis & euidentissimis rationibus comprobabo. Quare, clementissime Imperator, recanto palinodiam, Chistetium absoluo, meque ipsum præteriti erroris arguo; ac me M.V. sacratissimæ humiliè commendo. Vienne x i v. Aprilis,
anno M. D C. L V.

C A P V T V I.

*Minuti Othones arei vel fuere argentei suberati,
vel ad argenteos veteres fusi.*

V E T V S est fraus æreos nummos auro illinendi: scribit enim Suetonius, *Iulium Cesarem in primo consulatu tria millia pondo AVRI furatum in Capitolio, tandem IN AVRATI ÆRIS reposuisse.* Sunt etiam illiti auro numini cultus & honoris causâ: habemus domi optimorum Imperatorum, Traiani & Probi ærea numismata, quibus auri folia ab antiquo sunt inducta; quodque Traianum refert, supra caput perforatum est ad gestationem, de quâ fusè parens incus in Anastasi Childe- Cap. 18. rici Regis.

D

Alia

Orat. 1. Alia fraus fuit, ut aureis crustulis æream laminam interponerent, nummosque percuterent. Themistius vocat *χρυσοῖς τεσσάραις, aurum subæratum.* iteinq[ue] Persius:

— *Et veri speciem dignoscere calles,*

Sat. 6. *Ne qua SVBÆRATO mendosum tinniat AVRO.*

L. Qui-
cumque.
ff. ad leg.
Corr. de
falsis.
Lib. 33.
cap. 9.

Tinnire verbum ad æs propriè pertinet, cui sonus est acutus. Qui solidos eo modo adulterabant, criminis rei censebantur. *Qui nummos AVREOS, ait Vlpianus, raserint, tinxerint, FINXERINT, si quidem sint liberi, ad bestias den- tur; si serui, summo supplicio afficiantur.*

Loc. cit.

Argentei subærati, & subferrati etiam, passim extant in abacis antiquariorum. Plinius de illis: *Miscuit DENARIO Triumvir Antonius FERRVM: miscent ERA false monetae.* id est, falsi monetarij, ut alibi dixit *seruitia, opera, dignitates, officia.* Fraus illa solemnis primùm fuit tempore Reipublicæ, contra quam lex promulgata:

Lib. de
Germ.

Ars facta, inquit idem Plinius, *denarios probare, tam iuscundâ LEGE plebi, ut Mario Gratidiano vicatim togas statuas dicauerit.* Artem illam non aliam fuisse existinno, quam ut numimi serrâ ad oras dentarentur, ut appareret, nullam intus latere laminam æream, vel ferream; unde *ferratos nummos* vocarunt, hîc in Belgio satis frequentes; ut verè Tacitus dixerit de Germanis nostris: *Pecuniam probant veterem, SERRATOS, bigatosque.* Peccarunt Cœlius Rhodiginus, Æneas Vicus, & Fulvius Vrisinus, qui *ferratos* credidere dictos ab impressâ serræ notâ. Aliter, & verè Claudius Chifletius propatruus meus: *Serrati Tacito, quorum circumferentia serrata sit.* Pænè rem tetigit Lipsius, cum *dentatos* vocauit; sed nec rationem adiecit, quam habe à laudato Chifletio: *Incidebantur circa oras, ut fraus falsariorum agnosci posset,*

De ant.
numism.
cap. 7.
In Notis
ad Tac.
de Germ.

Set, qui laminis aureis & argenteis as interponebant:

Falsarij postmodum nouos cuderunt denarios, & quidem ferratos, sed interpositâ tanto artificio ærâ lamellâ, vt obseruari dolus nequirit: quâ fraude rursus compertâ, ferrationis vsum Respublica neglexit: nulli enim haetenus visi à nobis nummi Imperatorij, qui serratione conspicui essent: et si subinde perseverarit subæratio à primis Cæsaribus vsque ad Imperij declinatio- nem. Iulios enim vidimus, Augustos, Tiberios, Nero- nes, Galbas, Vitellios, Vespasianos, aliasque subæratos: unicum Othonem argenteum subæratum seruat Sere- nissimus, quem ipsi Româ attulit Ioannes Michaël Rita, eximius antiquitatis cultor: typo similis est ei, quem tertio loco attulimus capite primo.

Ex nonnullis autem argenteis subæratatis solum as re- stat cum notâ typicâ, vel ob temporis diurnitatem decidiuâ argenti lamellâ tenui, vel cù certè absumptâ, quòd in sulphureo solo numimi resederint.

Paruos eiusmodi ex ære rubro Othones hodie reperi- re est, in quibus quamuis detrioribus, vultus & inscri- ptio Othonis dignosci queunt, vt in numulo, quem ha- bet scientissimus in hoc studio P. Otho Zylius, cuius epigraphe est: **VICTORIA OTHONIS.** Alium cum in- scriptione, **SECVRITAS P. R.** seruat patruus meus Ba- lernensis Abbas, qui in sermone familiari mihi narrauit, popularem suum, & amicum Claudium Menetrium, cùm Romæ degeret, in similes numulos Othonis æreos incidisse, quos vel argenteos subæratos fuisse, vel fusos ab argenteis iudicabat; cuius ego sententiæ lubens & volens subscribo.

CAPVT VII. ET VLTIMVM.

An extēt antiqui ex are Othones Graci.

Suprà
cap.2.

ÆNEAS Vicus, Antonius Piso, & Claudius Mene-
trius, periti antiquarij, non visos in Italiâ legitimi-
mos Othonis æreos numimos absolute professi sunt, nul-
lā Græcorum exceptione. Vnicum tamen produxit
Octavius Strada, quod auersum Aquilam præfert cum
lauri raimo. Sed apertam falsitatem ostendit caput, quod
laureâ est redimitum.

Sueton.
in Iulio.

Iulius Cæsar, caluitio deformis, *deficientem capillum re-*
nuncare à vertice consueuerat, ut ex omnibus decretis sibi à
Senatu honoribus, non aliud aut recepit, aut usurpauit li-
kentiūs, quam IVS L A V R E A perpetuò gestandæ. Otho
In Otho- Imperator, propter raritatem capillorum, galericulum capi-
ne. *ti adaptauit, & ita annexuit, ut nemo dignosceret.* Vnde
in veris eius nummis, quos exhibuimus capite primo,
non expressum est cum laureâ caput eius, sed cum gale-
riculo.

Adulterationem præterea prodit inscriptio, quæ est
eiusmodi: M. ΟΘΩΝΟΣ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.
Qui hanc finxit, Græcè peritus non fuit: aliter enim
scripsisset ΣΕΒΑΣΤΟΥ, non ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In Catalogo m s. numismatum Francisci Gottifredi,
nobilis Romani, alterum Othonem reperi sic breuiter
descriptum inter ærea secundæ magnitudinis:

Caput Othonis Græcum:

C. A. ΟΘΩΝΟΣ. ΚΑΙC. ΣΕΒΑΣΤΟΥ.

Mons: KAICAPEIAC. ET : : :

Imperatorium numisma, cuim figurâ montis, & inscri-
ptione

ptione KAICAPIAC, nullum hactenus visum ab antiquariis ante tempora Macrini, qui Cæsareâ ciuitate oriundus erat, & filij eius Diadumeniani. Macrini duo descriptsit Adolphus Occo, & primum quidem sic:

ΜΗΤΡΟΠΟΛ. KAICAPIAC. ET B.

Monticulus, ex cuius alterâ parte Luna, alterâ stellarum.
Huic planè simile delineatum habemus nitidâ Goltzij manu. Alterum sic descriptsit Occo;

ΜΗΤΡΟΠ. KAICAPIAC. NEOKOPOY. ET B.

videtur monticulus, sed diversus à superiore; nummus pulcherrimus.

Quod attinet ad Diadumenianum, Tristanus exhibit Tom. 2.
eius auersum numisma cum inscriptione ΜΗΤΡΟΠ. pag. 316.
KAICAPIAC. circa montem rupibus asperum, quem arbitratur esse Argæum Cappadociæ montem, à populis indigenis pro Deo habitum.

Ex adductis porrò colligere licet, numisma Othonis Græcum, quod possidet Gottifredus, ex Macrini, vel Diadumeniani antiquo fuisse confitum. Si liceret archetypum inspicere, fraudem facilius detegeremus.

Ceterùm pro huius capitinis colophone, isthuc appono ratiocinium: Adfert Lampridius Imperatoris Macrini In Diadumenon. concessionem ad milites, quâ monet se Diadumenum filium suum ANTONINVM nuncupasse, quòd intelligeret desiderium ingens Antonini nominis apud illos manere. Hac habitâ concione, addit Scriptor, statim apud Antiochiam MONETA Antonini Diadumeni nomine percussa est: Macrini usque ad I V S S V M S E N A T V S dilata est. Antiocheni ergo nomine Antonini intellecto, exhilarati, Diadumeno Cæsari monetam anticipatione percusserunt:

runt : sed Macrini Imperatoris usque ad Senatus mandatum distulerunt. Vnde datur intelligi, in longè dissitis ab Urbe Provinciis nummos æreos Imperatoribus haud fuisse cūsos ante Senatus iussionem. Æris enim vel signandi, vel signatum conflandi auctoritatem penes Senatum dumtaxat fuisse, suprà docuimus capite tertio. Ostendimus etiam ibidem, *Othoni non fuisse Senatum, hostes fuisse Othonis Senatores*, qui nulla eius honori & memoriæ cudi fecerunt Romæ ærea numismata. Quocircà credere par est, longè minus in Græciâ Othoni fuisse cūsa, infensi Senatus auctoritate ac iussu.

Cùm itaque Othones æreos, tam Latinos quam Græcos, de falsitate & adulterio conuicerimus, si prodeat alicubi verus Otho ærcus, mirabimur ; si non prodeat, nec inquiremus.

F I N I S.



CLAVDII CHIFLETII,
D E
ANTIQVO NVMISMATE
LIBER POSTHVMVS.
EDITIO ALTERA
CORRECTION.

ILLVST^{MO} GENEROSISSIMO QVE

DOMINO,
D. L V D O V I C O
M A R C H I O N I M A T H Æ I O ,
H E R O I B V S R O M A N I S P R O G E N I T O ,
H I S P A N I C I O R D I N I S D E A L C A N T A R A

E Q V I T I ,
N E C N O N S E R E N I S S I M I A R C H I D V C I S
L E O P O L D I G V I L I E L M I
P R I M Æ D E C V R I Æ C A M E R A R I O ,
A N T I Q V V M N V M I S M A ,
Q V O D E P R I M A R I O V R B I S I M P E R I O
Q V I D Q V I D C E L E B R A R I P O T V I T ,
Æ T E R N A I M A G I N E S E R V A T V R ,
H E N R I C V S T H O M A S C H I F L E T I V S ,
I O A N N I S I A C O B I F .

D D . L M .

INDEX CAPITVM.

CAPVT I.

De Pecunia, Nummi, Moneta vocabuli ratione & causis; & cur à Pecore Pecunia dicta, contrà quam Plinio visum sit. Pg. 37.

CAPVT II.

De origine, causis, atque utilitate Nummi adinuenti; & a quo iure sit nummus. 38.

CAPVT III.

De utilitate considerationis veteris Numismatis. 42.

CAPVT IV.

Quod veterum & recentiorum nonnulli parum diligenter aut feliciter Nummis antiquis usi sint. 45.

CAPVT V.

De ponderatis, numeratis, mensuratis Nummis, primis numismatum materijs, & successione metallorum. 49.

CAPVT VI.

De Numismatis ærei primis signis, ac de Rostratis & Ratibus nummis. 52.

CAPVT VII.

De argenteo numismate, quando primum signatum; & quibus signis; ubi de Bigatis, Quadrigatis, Serratis & Suberatis nummis. 55.

CAPVT VIII.

Ante Seruum Tullium Pop. Romanum ære signato usum fuisse, non rudi, ut Timaeus voluit: declarantur aliquot Plinij & Dionysij loci. 57.

CAPVT IX.

Populum Romanum argento signato, quamvis peregrino, usum initio fuisse; multò citius tamen Roma signatum videri,

INDEX CAPITVM.

deri, quam Liuius, Plinius, aliisque voluerint. 61.

CAPVT X.

De aureo Numismate, quando percussum. Eius forma varia. 66.

CAPVT XI.

De confusione Auri, Æris & Argenti; ac de incoctilibus seu tinctis nummis, & alijs speciebus. 68.

CAPVT XII.

De nummis Electreis, & duplii Electro metallico. Explicatus Lampridij locus in Elagabalo. Emendata L. Pediculis de auro & arg. leg. Et Iulius Capitolinus in Pertinace restitutus. 70.

CAPVT XIII.

De nummis Scorteis, seu Coriaceis, Stagneis & Plumbeis. 74.

CAPVT XIV.

De Monetarijs, Procuratoribus Moneta, ac Præpositis Thesaurorum. Indicatus in Notitia veriusque Imperij defectus. 76.

CAPVT XV.

De Veteri more suscipiendo pecunia è publico erogata. Vindicatus Eumenij locus: ac de veteri adorationis ritu. 79.

CAPVT XVI.

De antiquorum Numismatum vi ac potestate badienda, an in ijs sit merx, aut pretium. Explicata quedam Iuris civilis questiones. 81.

CLAV-

CLAVDII CHIFLETII
DE
ANTIQVO NVMISMATE
LIBER POSTHVMVS.

C A P V T I.

*De Pecunia, Nummi, Moneta vocabuli ratione
et causis; et cur à Pecore Pecunia dicta, contrà
quām Plinio visum sit.*



ECVNIÆ, Nummi, Monetæ appellationes fere hodie promiscuae sunt; sono tantum vocis distinguuntur: sed tamen aliud verbum alio antiquius, & aliter denominatum. Pecuniæ appellationem vel esse antiquissimam, hinc deprehendas, quia ante Nummi nomen & usum usurpata fuerit. Nam Pecuniam pro substantia, siue bonis dici ostendit Pecuniæ nomen, quod à Pecore est, ut omnes fatentur: non quod pecore signata primùm fuerit Pecunia, ut voluit Plinius; sed quia substantia veterum in pecore erat. Quod cùm sacræ Literæ multis in locis edoceant, tum vero Germanorum veterum mores ostendunt, primarij illis sacerdotes non absunt, quos Tacitus scribit *pecorum numero manu gaudere,* Lib. de Mor. Ger.

Lib. 29.

gaudere, easque solas illis esse opes gratissimas. Liuius item de Massylis Africæ populis ait: *Ramilia aliquot cum malibus pecoribusque suis (ea pecunia illis est) persecuti sunt regem.* Inde factum puto, ut, cùm substantia nostra in aliis rebus quām pecoribus cōperit consistere, ad eas etiam res *Pecunia*; vocabulum fuerit accommodatum.

L. Pecunie. Atque hinc *Pecunia* appellatio apud Iurisconsultos, verb. 178. ros antiquitatis custodes, tam latè diffusa. *Pecunia* er- L. Pecunie nomine 222. D. de verb. si- nomine ante nummorum usum *Pecunia* dicebatur; & cum ipso signific. L. Pen. C. de Con- stat. pec. Verbo Num- mus.

vocabulum ex Græco defluxit: tradit enim Festus, *Nummum ex Græco Numismate nasci.* Irrepsit postea Monetæ appellatio; ideo, ut arbiteror, dicta, quia pondus & character valoris ac potestatis nummi homines admoneret. Ita Iuno, à monendo *Moneta* olim dicta est. Vel, si Glossarij Græci auctoritatem sequi volumus, nihil aliud erit *Moneta*, quām quæ memoriam nobis principalis vultus, aut rei gestæ renouet ac refriceret: in Græcis enim manuscriptis, & fidelissimis, ita scriptum inueni: *Moneta, μηνοσύνη.*

C A P V T I I.

*De origine, causis atque utilitate Nummi adiumenti,
et à quo iure sit Nummus.*

Lib. 2.
Iul. Pol-
lux O-
nom. l. 9.
cap. 6.

QVI primi Nummum inuenient, & in usum produxerint, inter Auctores non constat. Nam Herodotus Lydorum inuentum esse ait: alij Phædoni Argiuo, alij Erichthonio tribuunt. Sunt & qui Naxios primos inuentores

inuentores prædicent. Äelianus Äginetas, qui olim po- Lib. 12.
tentissimi inter Græcos extiterunt, primos numisma ex- Var. hist.
cudisse prodit. Mihi susque deoque est in tantâ vetustatis
nube, quis primus boni huius conciliator fuerit; nisi
quod existimem antiquiorem eius originem esse, quâ
putarint veteres illi, vt pote cùm Abrahams tempore
nummus argenteus publicè percussus celeberrimo in
vstu iam fuerit, vt Mosi id afferenti haud dubiè credi-
mus. Nam argenteis sicut Abrahamum mercatum fuisti-
fe agrum, in quo Sara sepeliretur, ita ait: *Quod cùm au-* Genes. 23.
disset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postula-
serat, audentibus filiis Herb, quadringentos siclos argenti:
probata moneta publica. Sed & de Patriarchâ Iacob ita Genes. 33.
scriptum est: *Emitque partem agri, in quâ fixerat tabernacu-*
la, à filiis Hemor patris Sicheim, centum nummis. Nam ita
hunc locum rectissimè verti posse, didici ab Hebraicæ
Linguæ peritis, omnesque ferè Rabbini in eius loci in-
terpretationes consentiunt; quamuis Thargum, cui adhæ-
rebit videtur vetus Interpres, pro *nummis, agnis,* malit. Sed
priorem sententiam ideo probabiliorem existimo, quia
ex Thesauro doctissimi viri Sanctis Pagnini accepi;
Rabbi Hachibâh, vnum ex antiquis Magistris, scriptum
teliquisse, quod cùm in Arabiam proficeretur (eo au-
tem loci res suprascripta gesta est) audiuerit Nummum
vocari ab iis eodem, quo Moses vtitur, nomine; & Job cap.
quod etiam alibi usurpat sacræ Litteræ. Possem alias vlt.
Divini Instrumenti locos ita medium proferre, quibus
Nummi antiquitas probaretur, nisi supra relati sufficeret:
quibus sacris Annalibus si Græci conferant sua, pueri
merito vocabuntur; quo nomine aliquando eos compel-
larat Ägyptius sapiens, vt apud Platонem scriptum est. ^{Initio Tr.}
^{mæi.}

Huius

Lib. 5.

Eth. c. 5.

1. Pelit.

cap. 6.

L. i. D. de

Contra h.

empt.

In l. quæst.

115. de

Verb. sign.

In Parauit.

D. de

Acq. pos.

sel.

L. Si is

qui. 94.

D. de so-

llut. I. pla-

nè. 34. 5.

1. de leg.

1. I. Lu-

cius 24.

D. depos.

Bart. in

L. i. n. 2.

D. de con-

tra h. emp.

Huius autem nobilis instituti vim maximam paucis verbis Aristoteles complexus est, cum *Nummum, mensuram esse rerum omnium* dixit, & sine eo ciuitem societatem non consistere; quamvis de causâ Nummi adinuenti non uno in loco scripserit. Nemo tamen illustrioribus verbis

L. i. D. de eam exsecutus est, quam Paulus Iurisconsultus, cum ait: *Quia non semper nec facile concurrebat, ut, cum tu haberes quod ego desiderarem, iniucem haberem quod tu accipere velles; electa materia est, cuius publica ac perpetua estimatio difficultatibus permutationum, equalitate quantitatis, subueniret; eaque materia formâ publicâ percussa, usum dominiumque non tam ex substantiâ præbet, quam ex quantitate.* In quibus verbis notandum est, usum separari à domino, rectissimè; quemadmodum possessio à proprietate: nihil enim est aliud possessio, quam usus rei, ut Iabolenio, & Ælio Gallo usum est apud Festum; quod pluribus demonstrauit Iacobus Cuiacius, princeps Iurisprudentiæ, dux & auctor studiorum meorum. Illud verò apud Paulum, *non tam ex substantiâ præbet, quam ex quantitate*, sic intelligendum, in pecuniâ non corpus, siue substantiam, aut speciem, sed quantitatem cogitari, ut dixit Papinianus alibi; corpus enim à quantitate separat

Iurisconsultus. Quamvis autem (nam & tò reuertimur) dicatur ab Aristotele Nummus non naturâ, sed lege valere, non ideo existiendum est iuris ciuilis esse Nummum. Etsi enim forma quidem publica cuiuslibet nummi ciuilis sit, quia instituto cuiusque ciuitatis nummus signatur: tamen ut omnes ferè gentes nummo vtantur, id hominum consensus efficit, non lex ciuilis: vnde iuris gentium, siue iuris hominum (vt appellatur à Tacito) nummum esse dicimus, ut & ferè omnes alios cōtractus.

Certe

Certè mutuum, quod in pecuniâ numeratâ consistit, L. ex hoc iuris gentium esse scimus. Licet autem inueniantur qui- Iure D. dam populi, nummi vslum respuentes; ideo non minus de luct. & Iur. nummus ipse in genere consideratus, iuris gentium erit; s. Ius ass- ficut nec furtum iure hominum turpe esse desinit, quam- rem gen- tium Inst. uis permissa sint apud Lacedæmonios furta. Inter eos de Iur. verò populos, alij in totum, alij minus ab vslu nummo- nat. gent. rum abhorrebat: nam Lacedæmonij, de quibus dixi, & ciuili. et si non vero & proprio, saltēm sui cuiusdam generis nummo vtabantur, vt in eorum Republicâ docet Xe- nophon. Montani porrò Hispaniæ populi, quantum olim nummis detulerint, aut quid in vicem nummorum substituerint, sic Strabo retulit: Λέτο δὲ τοιούσματα οἱ δελιδες Lib. 3. βαθεὶς φόρτιαν αὐτοῖς ζεῦσι), ἢ πῶ αργύρου ἵδασματα οἱ λατούμων Geogr. οἰδόσατο. Loco nummorum graui admodum sarcinarum permu- tatione utuntur, vel extensi argenti lamina frustum abscisum exhibitent. At verò Silurum Britanniæ gentem, num- mun refutare, Solinus scribit; cùm tamē generatiū de Britannis ita Cæsar: Utuntur autem nummo æro, aut Lib. 5. annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Bel. Gal. Verba Solini sunt, de Siluris loquentis: Cuius homines et Cap. 25. iam nunc custodiunt morem vetustum, nundinas ac numnum refutant, dant res & accipiunt, mutationibus necessaria potius, quam pretiis parant. Quo in loco bonus auctor mu- tationem à pretio distinguit; rectè, id est permutationem ab emptione. Explosa enim est Sabinianorum sen- tentia, qui emptionem rebus fieri posse putabant, per- mutationem emptionis speciem constituentes; obtinuit- Lib. 1. de que Proculi sententia, permutationem non emptionis, contr. sed contractus speciem affirmantis. Vnde factum, vt no- stri Auctores mutationis verbo, siue permutationis, haud F facile

facilè in emptione vñsi sint; quod tamen alij Scriptores,
verborum nostrorum incuriosi, minimè seruant. nam
Lib.8.c.5. Columella, *are mutare*; Plinius, *permutare pretio*; Am-
Lib.9. cap.55. mianus Marcellinus, *aureis decem mutare*, dixerunt.
Lib.25.

C A P V T I I I.

*De utilitate considerationis veteris
Numismatis.*

MIHI autem non vniuersam rei nummariz rationem, sed tantùm veteris Numismatis, ac præcipue Romani, considerationem scribere insituenti, de eius utilitate ac fructu potius dicendum videtur: quem si quis homine liberaliter nato, nobilissimoq[ue] dignum esse iudicauerit, is ad verum meā sententiā proximè accedit. Quid enim honestius, quam eorum vultus intueri, quorum nominis fama in Auctorum scriptis, & hominum sermone celebratissima est: quosque vel præclarè gesta imperia commendant, vel turpiter acta vita dedecorat? *Maius enim nullum est felicitatis specimen* (si Plinio credimus) *quam semper omnes scire cupere, qualis fuerit aliquis*. Credo hoc studio inflammatum M. Varronem, illustrium virorum imagines in bibliothecâ habuisse dispositas, & vnicuique suum subiectum elogium, atque cā de re posteà libros Imaginum conscripsisse: quem Philostratus apud Græcos aliquor post saeculis est æmulatus. Videbatur enim iniquum doctissimo Varroni, vt tot illustrium virorum vultus atque habitus, cum præclaris illorum scriptis aut factis posteritati non traderentur: quâ inuentione inuenies, etiam

Lib.35.
cap.2.

Cell.1.3.
cap.11.

etiam Diis inuidiosus fuisse dicitur, quando immortalitatem non solum dedit, verum etiam in omnes terras misit, ut praesentes esse vbique, & claudi possint. Inde etiam acris Historicis eura, statum, habitumque corporis viri illius, cuius vitam historiam cupiunt includere, describendi. Id autem, in quo Varronis sudauit ingenium, in quo Historicorum diligentia commendatur, nobis magnâ ex parte præstat veterum Numismatum contemplatio; in quibus expressos vultus eorum, qui illustres in Republicâ suâ fuerunt, animaduertimus. Nam qui Rom. Reipub. studio tenetur, quâ nulla umquam in terris maior, nulla pluribus virtutum, vitorumque documentis fecundior; & fortè fortunâ in scrinium deducatur præstantis alicuius viri, hoc nummorum genere instructissimi, Dij boni! quas suavitates, quos fructus ex hac contemplatione percipiet? dum hinc Consulares nummos, triumphales, Dictatorios; inde Triumuirales, Imperatorios, consecratorios & peregrinos, digestos ac in seriem lineamque dispositos aspiciet? dum vultum ex vultu comparabit: dum mores ex oris cuiusque delineamentis colliget, & bonos à melioribus, optimos à nequissimis & postremissimis segregabit ac distinguet? Certè, si aliorum gaudium meo metiri liceat, fatebor ingenuè, nihil mihi umquam gratius contigisse, quam cùm aliquando, clarissimorum hominum beneficio, mihi huiusmodi nummorum aspectu frui datum est. Magna enim utilitas ex hoc studio accedit antiquitatis cognitioni, & verior ac certior Fastorum series ordinatur. Quibus adiumentis freti Reipub. Rom. illustratores, multa rectius quam veteres, huius historicæ partis ignati,

constituerunt. Nam & Imperatoriorum nominum ordinem, numerum, Consulatus, Tribunitias potestates, patris patriæ, patris Senatus appellationes, in tanta Romanæ historiæ egestate, non aliunde tutius petere possumus: ac si quid dignum & memorabile contingit, quóve id tempore acciderit, abundè docemur; idque signat nummi ferè cuiusque pars altera. Ut omittam orthographiam germanam ac veram, quæ non minus ex antiquis numimis, quam ex marmoribus & libris repetenda est. Ipsæ etiam mechanicæ artes, Pictura, Cælatura, Statuaria, Flatuaria, Metallaria, hac antiquitatis parte maximè iuuantur; cum id artificiosum, & in suo genere excellens iudicetur, quod ad antiquitatem proximè accedit. Denique ipsa vetus historia, temporum iniuitate manca, diminuta, corrupta, obscura, ab ipsis antiquis numimis suppetias & lucem postulare fæpè cogitur. Quot enim apud Auctores loci mutili, corrupti, non intellecti, hodie restituti, integri, clari & aperti deprehenduntur veterum numismatum beneficio? Quin etiam veteres historiæ controversias numimorum antiquorum cognitio componit: cuius rei exemplum sit, quòd cum olim dubitaretur inter cruditos, vtrum Firmus, qui sub Aureliano tyrannidem inuaserat, Princeps & Augustus fuerit, necne; non aliunde certius petit Vopiscus testimoniun, quam quòd, percussâ monetâ, Augustus fuerit vocatus: *Quin etiam (inquit) nummos eius Seuerus Archontius protulit.* Similiter si ambigeretur, Tetricus, qui vñus ex triginta Tyrannis Imperium inuaserat, Cæsar vel Augustus fuerit vocatus, necne, fidem facient nummi, eius nomine percussi, qui passim apud nos

In Fimo.

nos inueniuntur; quia dum in Galliâ Præsidatum rege-
ret, Imperij ornamenta sumpserat. Denique Impera- Trebell.
toriæ dignitatis certius nullum fuit signum, quâm mo- Pollio. in
neta cusa, quod Trebellius Pollio satis ostendit, cùm
ait: *Omnatum participatum Imperio Augustum vocavit,* In Gallie-
(Gallienus scilicet) *ciusque monetam, quâd Persas captos*^{nis:}
traheret, cudi iussit. Idem auctor Trebellianum, Im-
perij inuasorem, monetam etiam cudi iussisse narrat.
Sed & vbi de Victorinâ loquitur, quæ etiam ad Impe-
rium aspirauit (adeò profligata res Romana Gallieni
temporibus fuit:) *Cusi sunt, inquit, eius nummi æreis,*
aurei & argentei, quorum bodieque extat forma apud
Treniros.

CAP V T IV.

Quod veterum & recentiorum nonnulli pa-
xim diligenter, aut feliciter nummis
antiquis usi sunt.

EXEMPLI Vopisci, viri diligentissimi, potuisset
Iulus Capitolinus prouocare ad vetera numisma- Capitol. ia.
ta, in decidenda illâ Græcorum Auctorum & Latino- Maximo
rum controuersiâ, *Maximus*, an *Papienus* vocatus fue- & Balbi-
tit, qui cum Balbino aduersus Maximinum Tyrannum Imperator à Senatu fuit appellatus. Inde enim, & Balbi-
tum quain à capite memoriaz, certissima huius rei decisio no.
petenda erit: quod præstitit nostro seculo Onu-
phrius Paninius, diligentissimus Fastorum Scriptor,
qui antiquum nummum profert, in quo utroque nomi-
ne *Papienus Maximus* appellatur. Præterea si Sex. Au-
relius.

relios Victor curiosius antiqua numismata lustrasset,
non turpe in historiâ mendum commisisset, cùm de
Aureliano scribit: *Iste primus apud Romanos diadema ca-
piti inrexuit; gemmis & auratâ omni veste, quod adhuc ferè
incognitum Romanis moribus videbatur, rursum est.* Memi-
nisse debuerat Victor, antea de Caligulâ se scripsisse:
Primus diadematè imposito Dominum se iussit appellari.
Atque ut, quod de gemmis & auratâ veste scribit, præ-
termittamus (verius enim de Aureliano Vopiscus retulit,
vestem ne holosericam quidem in vestiario habuisse:) cer-
tè cùm in Philippum & alios Imperatores incidimus
vittatos, diadematosque, falsitatis, aut negligentiae non
ferendæ reum facimus Victorem; non solum quòd erra-
uerit, sed etiam erroris causam Paulo Diacono, eadem
ab ipso accepta referenti, præbuerit. Possem plures alias
veterum locos proferre, in quibus hæsit veterum indu-
stria, propter incuriosam Numismatum inspectionem.
Sed & nostri sæculi homines, si quando plus fidei con-
iecturis suis, quām certissimis his documentis adhibent,
in Romanis temporibus digerendis aliquando impin-
gunt: id uno argumento demonstrare constitui. Nemo
est horum studiorum peritus, quem lateat, qualis, quan-
tusque sit Onuphrius Paninius; is tamen in præclaro
illo & operoso Fastorum Romanorum opere constituit
Cæsarem Augustum, Diui filium, Patrem patriæ ex
Senatusconsulto appellatum fuisse, Non. Febr. an. V.
C. 758. Valerio Messalâ & Corn. Ciuicâ Coss. vtitur-
que, huius rei confirmandæ causâ, nummo argenteo,
atque Ouidij & Suetonij testimonio. Sed neque Oui-
dius, neque Suetonius, quamuis de Augusti Patris pa-
triæ appellatione loquantur, annum hunc designant,
quo

quo id factum fuisse afferant. Præterea nummus argenteus, quo nititur Onuphrius, magis cum oppugnat, quam adiuuet: nactus sum enim eiusdem generis nummum, in cuius parte vna, quæ Augusti vultus exprimit, ita exaratum est: CÆSAR. AVGUSTVS. D. I. V. I. F.
 PATER. PATRIÆ: in posticâ vero parte, quæ Caij & Lucij personas refert, vna cum parmis, & hastis, ac Sacerdotiorum insignibus, hæc leguntur: C. L. CÆSARES. AVG. F. COSS. DESIGN. PRINC. I. V. V. E. N. T. Parmas autem & hastas aureas acceperunt ab equitibus, cum virilem togam sumpserunt, quibus mortuis eæ in curiâ suspensæ sunt, Dione teste. Illa vero Lib. 55:
 postrema nummi verba Onuphrium satis monere poterant, Cæsarem Augustum Patrem patriæ appellatū fuisse antequam Caius & Lucius, eius filij adoptiui, mortem obiissent, & non in annum 758. hanc primam appellationem conferendam esse, quo tempore, mortuis Caio & Lucio, in spem Imperij per adoptionem Augusti iam venerat Tiberius. Nam cum nummus ille, Caio & Lucio Coss. designatis, ac Principibus iuuentutis appellatis, percussus fuerit, aut saltem eo anno, quo extinti, corporaque eorum Romam transportata sunt, ante adoptionem Tiberij, quo tempore iam Augustus Patriæ appellatione utebatur; multò sanè antè, quam putauerit Onuphrius, hanc appellationem ei fuisse decreta, dubium non est: cumque Valerio Messalâ legationem Senatus nomine suscipiente, id factum fuisse dicat Suetonius, arbitrarer decretæ huius appellationis tempus ad Messalæ Volusij Consulatum referendum non esse, sed Messalæ Corvini Oratoris, quem Augusti III. Coss. collegam fuisse scimus anno 725..
 cuius

Lib. 13.

cuius Consulatus meminit Cornelius Tacitus. quo tempore Horatius de Augusto scribere potuit:

Ode 3.
lib. 1.

— *Hic magnos potius triumphos,*

Hic ames dici Pater, atque Princeps.

alludens non tantum ad Patis patriæ, sed etiam Principis appellationem, quam Augustum recepisse, execrata Domini nuncupatione, Ouidius ait, his verbis Romulum, quem alloquitur, Augusto coir:parans :

2. Fast.

Vix tibi grata fuit, florent sub Cæsare leges,

Tu Domini nomen, Principis ille tenet.

Nam & de Augusto Suetonius scripsit: *Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium, semper exborruit.* Ex quibus omnibus , à me hoc & supériore Capite memoratis , patet, quòd ut veteres nummi luce in historiæ afferunt , incerta componunt , erronea detegunt , mendosa coarguunt; ita sine historiæ exactâ cognitione, Auctorumque lectione , ferè inutilem esse veterum nummorum usum , atque inefficax studium . Quòd si quis vanas esse huiusmodi occupationes , & inquisitiones Numismatum existimet , is non aliud à me responsum feret, quām pulchrum esse , vel Augusti Cæsaris exemplum imitari , quem huius numinorum generis percupidū fuisse, indicio est, quòd, ut Suetonius de eo scripsit, *amicis munera diuiserat, nummos omnis nota, etiam veteres regios, ac peregrinos.* Sint sanè aliqui studij huius contemnentes , & in suā sibi placeant merce ; non deest tamen hodie honestorum , honoratorum, eruditorumque magna copia , qui in hoc veteris monetæ officio versantur industrie , quorum præclara studia imitari malleim , quām obscuras illorum negotiationes, venalis cuiusdam Scientiarē teatas inuolucro, vel primis digitis attrectare.

Memini

Memini me apud Symmachum aliquando legisse, Spec^t In Epist.
Ezatorum veteris moneta solus supersum : sed quod ille de
se suo tempore & sensu dixit, felici hoc nostro tempo-
re, meoque sensu dicere iure possum: Spectatorum vete-
ris moneta multi, ijdemque illustres super sunt.

C A P V T V.

De ponderatis, numeratis, mensuratis Nummis,
primis Numismatum materijs, & suc-
cessione metallorum.

NV M E R A R I , non appendi solitos nummos, maximè post signi usum, docet Aristoteles: pri-
 mò enim simpliciter magnitudine ac pondere definitos; ad extremum verò notâ signatos, ut labore metiendi va-
 cui & liberi essent, quia signum impressum quantita-
 tem repræsentaret. Numerabantur tamen, & appende-
 bantur simul Abrahāi tempore, ut diuinæ Litteræ te-
 stes sunt: verū eo tempore signatos fuisse, vel affir-
 mare, vel negare, in tantâ vetustate haud equidem pos-
 sum. Apud Romanos autem initio ciuitatis, & multò
 posteà, nummos non numeratos, sed appendi solitos,
 cùm Plinius, tūm Varro & Festus tradunt: cuius pri-
 marij instituti gratiâ, quamvis labore ponderandi signo
 impresso liberati, tamen dicis causâ, in emptionibus
 mancipi, ut Plinius appellat, nEXI dationibus, & libera-
 tionibus, libra interponebatur. Emptiones mancipi se-
 paro à nexu, ex sententiâ Mutij Scæuolæ, apud Varro-
 nem: *Nexum*, inquit, *Manilius scribit omne, quod per*
libram et as geritur, in quo sint mancipi: Mutius Scæuola,
que per as & libram fiant, ut obligentur, praterquam si

G

manci-

1. Polit.
cap. 6.

Genes. 23.

Lib. 6.

L. non vt
ex plurib.
D. de Reg.
Iuris. I.
scrifbit.
S. i. D. de
auro &
arg. leg.
L. 2. de
stipu. seru.
in frag-
ment. tit.
de.acquir.
re. dom.
lib. 2. Ep.
ad Flor.

Lib. i.
Satyr. i.

mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit de quo queritur: nam idem quod obligatur per libram, neque suum fit, inde nexus dictum. Ex quo apparet, aliud esse suum fieri, & aliud obligatum habere, id est, aliud esse nobis deberi, aliud nostrum esse; quæ toto genere distinguuntur, ut dominium ab obligatione. In empti- nibus mancipi dominium transfertur, resque nostra fit: mancipatio enim species alienationis est, modusq; trans- ferendi dominij, Vlpiano auctore. unde Horatius dixit:

Si proprium est, quod quis librâ mercatur et) ære.

In nexus non transfertur dominium, sed tantum obligatio contrahitur. Verius ergo Varroni visum est Mutium definire nexus, quam Manilium, quam Ælium Gal- lum apud Festum, qui emptiones mancipi nexus definitione includebant. Portò ut nexus dando, ita & libe- rando semper libra interueniebat. Liuius enim de Man-ilio Capitolino ait: *Inde rem creditori palam populo soluit, librâque et) ære liberatum emitit.* Ut ad rem igitur reuer- tamur, qui prius appendebantur numimi, postea numerari coeperunt. Hodie autem non tantum numero, ve- rum etiam pondere constant; nam ut argenteos nume- ramus, ita aureos etiam appendimus. Metiti vero nummos vsu publico, post inuentum signorum usum, num- quam receptum memini: id priuatim diuitibus & pec- cuniosis concessum, ut de Vmidio quodam refert Flac- cus, quem ita diuitem fuisse ait, ut non appenderet, sed metiretur nummos:

— nec facias, quod

Vmidius quidam (non longa est fabula) diues,

Ut metiretur nummos: ita sordidus, ut se

Non cumquam seruo melius vestiret. —

Sed

Sed iam tempus est, ut de Numismatum materiis dicamus : nam, nisi eis cognitis, & quo demum tempore unaquaque admissa sit, haud umquam recte in veterum Numismatum cognitione versabimur.

Signati ergo numimi prima Romæ materia fuit æs, indeque *Affis*, & *Ærarij* nomen Varro deducit. Et Iurisconsulti, antiquitatis obseruantissimi, etiam aureos nummos Æs dicunt : ab origine enim, & primo rerum usu infinita sunt in lingua Latinâ denominata, quæ mutato eo tamen remanserunt ; quemadmodum *Pascua* appellata vult Plinius omnia, ex quibus populus Lib. 18. reditus habet, quia solum hoc diu vetustigil fuerat. Eadem cap. 3. est & Fideicommissorum, & Tribuum, & Centumuiorum appellationis ratio. Æris autem appellatione etiam aurichalcum intelligimus, quia inter genera æris refertur à Plinio ; quâ materiâ nummi plerique inueniuntur. Porrò apud Romanos (nam de eorum Numismate præcipue agimus) Seruius Tullius, qui in multis aliis Rempub. benè constituerat, primus etiam æs signasse dicitur à Plinio, his verbis : *Seruius Rex primus signauit Æs. Antea radi usos Rome Remens tradit.* sic cap. 3. Lib. 33. enim magna pars excusorum librorum, & qui potissimum versantur in manibus, præfert, cum tamen calamo exaratus codex, & alias antiquus, ante centum ferè annos editus Parinæ, in *Remei* locum, *Timeum* adscribantur, & recte, nam hic est *Timeus*, quem inter Auctores externos Plinius refert, atque scripsisse de disciplinâ Metallicâ. Existimarem eundem esse, qui oratione Græcâ de rebus Pop. Rom. compôsuit, cuius meminit Gellius, & qui Siculus dicitur à Dionysio, quem etiam proprio libro bella Romanorum cum Pyrrho descripsisse tradit.

Graue autem æs Romæ initio fuisse haud dubium est, cum asses librales essent: unde & *gravis* Æris appellatio frequens apud Liuum, & alios. Feltus: *Graue Æs dictum est à pondere, quia deni asses singuli pondo libra efficiebant, denarium ab hoc ipso numero dictum.* Et quamvis, reformato variè asse, fuerit ex librali factus sextarius, vnciarius, & semunciarius, nihilominus grauior semper æreus quam argenteus, aut aureus nummus, quorum paulatim imminuebantur pondera, ut de auro docet ibidem Plinius.

C A P V T V I.

*De Numismatis arei primis signis, ac de
Rofratis & Ratitis nummis.*

VT nulla ferè fuit gens, nullus populus, qui nummo non vteretur; sic propriam ac peculiarem formam, ut etiam propria vim ac valorem suis quilibet dedit nummis. Atheniensium moneta vetus bouem in sculpsit habebat, ideoque *Bos* dicta, quam eis signasse. In Thesco. Theseum Plutarchus auctor est: horum vero diobolum noctuam impressam gerebat. Denique Corinthij Pegassum; Tarentini Tarantem, Neptuni filium, delphino vectum; Dardani gallorum gallinaceorum pugnam; Aspendij luctatores; Regini leporem; Cephaleni equum; Thasij Persam; Argui murem nummis suis in seculpsierunt: quorum omnium mentio exstat apud Iul. Pollucem. Tradit etiam Athenaeus Samios nummis suis Pauum impressisse, quia pauius Iunoni, quæ ibi colebatur, sacer erat; quod videre est ex antiquis nummis

Lib. 9.

Lib. 14.

Diplos.
cap. 25.

mis Faustinæ Antonini Pij coniugis ; in quibus ex vnâ parte Iuno stans sculpta est, cuius pedibus adhæret pa-
uo, cum hac inscriptione : IVNONI REGINÆ. At
verò Romanos signis propriis nummos percussisse ab
initio nummi recepti, idem qui scèpè mihi Plinius au-
tor est. Nam vbi de Seruio Tullio, qui primus æs Lib. 33.
signauit, dixit, continuò subiecit : *Signatum est notâ pe-*
cudum. sed & alibi ait: *Seruius Rex ourum boumque effigie* cap. 3.
primus æs signauit. Addo & veruece : quò pertinere Lib. 18.
existimo Varronis fragmentum, quod tamquam statuæ cap. 3.
operis antiquissimi trunculum, seu semimembrum di-
uulsum à suo corpore agnosco, deerrans sine nomine &
honore apud Nonium Marcellum, quodque huic ite-
rùm disputationi, veluti proprio suo corpori, congluti-
nandum ac ferruminandum esse duxi. Verba Varronis Lib. 1.
sunt : *Aut bouem, aut ouam, aut veruecem habet signum.* de Viâ.
Sed & idem alibi : *& quod æs antiquissimum, quod est fla-* Populi.
tum, pecore notatum est. sic enim is locus mihi repurgan- Rom.
dus videtur, in quo passim succreuit, iterataque est men- Lib. 2. de.
doscè vox *Pecore*. Postea, reformato Aisse, mutata fuit Re rust.
prima illa æris nota. Nam vbi de sextantariis Assibus
Plinius scripsisset, ita ex continenti subiecit : *Nota æris* Lib. 33.
fuit ex alterâ parte Janus geminus, ex alterâ rostrum nauis, cap. 3.
in triente verò, & quadrante, rates. De Rostratis autem
& Ratitis intelligendus Ouidius, huiusc rei & instituti Lib. 1.
causam hanc reddens, cùm de Saturni in Italiam aduen- Fast..
tu & Iani hospitio loquitur :

At bona posteritas puppim formauit in ære,

Hospitii aduentum testificata Dei.

quæ tamen Ouidij ratio Plutarcho non satisfecisset, qui Probl. 40.
characteris huius mysticam & allegoricam ratione in-
adfert : à quo qui volet repetere poterit, indicasse enim

G 3 mihi

Lib. 1.
Saturn.
cap. 7.

Histor.
lib. 1.

Loco ci-
tato.

mihi sufficit. Macrobius autem sententiam prætermittere mihi religio est, qui aliter, quām ceteri omnes, instituti huius auctorem altius repetit; Ianum videlicet, *cūm pri-*
mus era signaret, seruasse in hoc reverentiam Saturni, ut
quoniam ille nauis fuerat aduersus, ex unā quidem parte
sui capitū effigies, ex alterā verò nauis exprimeretur, quō
Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Hęc qui-
dem Macrobius. Ianum autem æs priuum signasse,
Saturno auctore & monitore, tam mihi nouum non est
(quia de Saturno ita Eutropius : *Ipse etiam eis nummos*
æreos primus instituit) quām naue signasse, quod post
Seruij tempora primū factum, vel certè post Iandum,
Plinius & Ouidius, quos suprà retuli, ostendunt. Quod
si verum sit (in tam profundā enim antiquitate quid
certi potest constitui ?) probabile est, imitandæ vetu-
statis gratiâ, veteres Romanos, Aſſe reformato, eadē
notas & signa iterū usurpare, diuque in Romanâ Re-
publicâ hoc nummi genus retentum fuisse, quod vel ex
sequentibus clariū apparebit. Placet etiam veteris cu-
iūdam puerilis instituti, ad hoc numini ærei genus per-
tinentis, non negligendam obseruationem ex eodem
Macrobius referre; subdit enim : *Æs ita fuisse signatum,*
hodieque intelligitur in ales lusu, cūm pueri denarios in
sublime iactantes, capita aut nauim, lusu teste veterustatis, ex-
clamant. quod fere lusus genus videmus à nostris pueris
hodiè frequentari.

CAPVT

C A P V T VII.

*De argenico numismate, quando primum signatum,
et quibus signis: ubi de Bigatis, Quadrigatis,
Serratis et Suberatis nummis.*

DE argento signato sic Plinius: *Argentum signatum* Lib. 33. est anno *Urbis* CD. LXXXIV. *Q. Fabio Cos. quin-* cap. 3 *que annis ante primum bellum Punicum.* Sed cum alias usitatum sit Plinio, in notandis temporibus non alterius Consulis, sed utriusque meminisse, mirum est hoc in loco alterum fuisse prætermissum, ac in re momenti non minimi. Fuerit sanè hoc Poëtis familiare, apud quos sèpè lex carminis utrumque Consulem non recipit; in Plinio tamen, aliisque liberioris orationis scriptoribus, id non facilè tolerabimus: talis enim annorum designatio valde est incerta. Quæ me ratio compulit, ut diligenter Ioannis fratris manuscriptum Plinij librum euoluerem, in quo haec germanæ lectionis vestigia reperi;

Q. O C. F A B I O. C O N S. ut ita omnino legendum existimem, *Q. O G U L N I O. C. F A B I O. C O S S.* ut ex Eutropio in Fastis suis reponendum docuit vir magnæ diligentiae Onuphrius Panuinius: Ogulnij enim nominis & prænominis non parua vestigia in veteri exemplari supersunt. Et ne quis de nomine Ogulnij dubitet, vel ea ratione adducor rectum esse, quia hoc tempore alter Consulum ex plebe erat. Puisse autem Q. Ogulnium plebeium (nam Fabios patricios nemo nescit) ideo existimo, quia anno *Urbis* 453. Tribunatum plebis gessit, teste Liuio, his verbis: *Certamen iniectum inter Lib. 10. primores.*

- primores ciuitatis, Patricios plebeiosque à Tribb. pleb.
 Q. & Cn. Ogudnjs, qui condigne criminandorum patrum
 apud plebem occasionibus quæstis, &c. De nuinini autem
 argentei charactere sic Plinius loco suprà citato: *Nora
 argenti fuere, Biga atque Quadriges; ergo inde Bigati Qua-
 drigatique dicti.* De Bigatis pollum Liuij nonnullos lo-
 cos proferre, veluti de Q. Minutij Consulis triumpho,
 in quo argenti Bigati tria millia, & ducenta translata
 fuisse narrat. Sed & M. Marcellum L. Plantio fortissimo
 iuueni Nolano, quòd strenuè in Cannensi pugnâ se ges-
 sisset, donarium his verbis obtulisse scripsit: *Machte vir-
 tute esto, apud me tibi omnis honos atque omne præmium erit,
 & quòd frequentior tecum fueris, senties eam rem tibi digni-
 zati atque emolumento esse, lateoque iuueni promissis equum
 eximium dono dat, Bigatosque quingentos quæstorem nume-
 rare iubet.* Idem Liuius de Heluij ouatione: *Argenti
 infecti tulit in ararium XIV. millia P. SEPTINGENTA
 TRIGINTA DVO, & signati Bigatorum XVII. mil-
 lia XXIII. Sed & de iis ita Festus: Nummi Quadrigati
 & Bigati à figurâ celatura dicti. vt Serrati Tacito, quo-
 rum circumferentia & extremitas serrata sit: Pecuniam
 probant veterem, & diu notam, Serratos Bigatosque.
 Tales vidi aliquot in agro Bisontino erutos. Incideban-
 tur autem circa oras, credo, vt facilius falsariorum frau-
 des cognosci possent, qui laminis aureis & argenteis æs
 interponebant, nummosque cudebant suberatos, cuius
 antiquario notissimos, de quibus intelligendus Persius:
 — *& veri speciem dignoscere calles,*
*Ne qua suberato mendosum tinniat auro.**

CAPVT

C A P V T VIII.

*Ante Seruum Tullium Populum Romanum arc
signato usum fuisse, non rudi, ut Timaeus voluit:
declarantur aliquot Plinij & Dionysij loci.*

Quæ de primo nummi signati tempore apud Romanos diximus, ea Plinij (quem omnes hucusque fecuti sunt) auctoritati deberi palam professi sumus; adeoque in dubium illa reuocare, non tam Plinium, quam eos, quos sectatus est, Auctores grauare est, atque id, quod nos quasi manu dicit Plinius, aggredi; quem hoc genus contradictionis tentasse potius, quam perfecisse, satis ex sequentibus apparebit. Dabunt, credo, mihi, hanc disputationem aggredienti, facile veniam omnes, quibus notæ & perspectæ sunt Annalium veterum varietates circa vrbis Romanæ primordia. Non enim L. Pisoni cum Fabio Pictore, quamvis antiquiori; non Catoni, Annio Fæciali, Tuberoni, Cassio Heminæ, Valerio Antiatii cum Pisone, aut inter se, conueniebat: quorum dissidentes sententias dum unusquisque, modò hanc, modò illam sequitur, discordiæ haud leues in totâ Romanâ historiâ coortæ sunt. Indeque est, cur saepius à Dionysio Liuius, à Liuio ceteri dissentiant: nemo enim se putat errare, qui suis nititur Auctoriibus. Varietatis verò tantæ tres possimum redditunt rationes à Liuio; quia res vetustate nimia obscuræ, veluti quæ ex magno loci interuersu vix cernuntur; tum quod & paucæ per eadem tempora litteræ fuere, vna custodia fidelis rerum gestarum me-
Initio lib. 6.

moria ; & quòd etiam , si quæ in commentariis Pontificum , aliisq; publicis priuatisq; erant monumentis, incensâ Vrbe pleraque interiere. Quid quòd etiam res multò post Gallica incendia gestæ mirabili varietate narrantur , cuius rei argumentum est haud leue in libris Numæ Pompilij repertis : nam & in numero librorum, & personis, & formâ inuolucri, aliisq; circumstantiis pugna est , non solum inter veteres illös , Pisonem Tuditianum, Varronem, Antiatem, Cassium Heminam; sed etiam recentiores, Liuium, Valerium, aliosq;. Verum , vt ad præsentem executionem reuertamur , priùs yerba Plinij aggrediemur, quibus Timæum (vt videtur) secutus , Seruium Tullium Regem primùm æs signasse contendit, cùm anteà rudi ære vterentur : nam æqualem vrbi signati æris auctoritatem ideò existimo , quia duo sunt in omni Republicâ nummorum genera; viuum proprium ac peculiare ciuitati ; alterum verò commune exteris etiam populis , cum quibus commercia exercentur : quod & Plato in suâ Republicâ admittebat, vt scilicet peculiare numisma quotidiani usus gratiâ inter ciues comparatum sit , ex eoq; mercenariis opificibus mercedes persolitantur , quod apud ipsos quidem interpretio sit, apud alios autem homines reprobatum; commune autem illud valeat in expeditionibus bellicis , & profectionibus ad externos homines, siue legationis, siue commercij, aut rei alterius ciuitati necessariæ gratiâ; ciuismodi potuit esse initio ciuitatis Romanæ numisma Græcum, vt ex sequentibus clariùs apparebit. Vernaculo eo , & apud illos percusso numismate , ylos Romanos fuisse non dubitabit, qui fœneratores iam tum extitisse , ac plebem ante Seruij Tullij tempora ære alieno fuisse obstri-

Lib.deLe-
gibus.

obstrictam ab ipsis Romanæ antiquitatis Auctori bus re-
petierit. Verum huius rei comprobandæ gratiâ testimoniūm ipsius Seruij Tullij aduocemus, qui antequam Rex à Pop. Rom. creatus esset, neque dum aliquid san-
cire potuisset, gratiæ sibi parandæ causâ eorum debito-
rum, quorum res valdè erant tenues, fidesque in præci-
piti versabatur, nomina omnia, æsque alienum dissoluit,
mensis in foro positis, spectantibusque omnibus, nume-
rauitque creditoribus debita, ut de eo Dionysius Hali- Lib. 4.
camassæus, probatissimus antiquitatis Auctor, scriptum
reliquit. Quorsum autem mensa, quorsum numeratio
præsens, nisi numimorum usus iam tunc fuisset? Æt eos
autem vel saltem fuisse ut credam, Plinij adducor au-
ctoritate, qui his Auctori bus, quos antè fecutus fuerat,
postea veritatis controuersiam facere videtur, ac tacite
adnuere Numæ Pompilij temporibus, immo & Vibis
initio nummum æreum fuisse. Sic enim, ubi de ære lo-
quitur, ait: *Docuimus quamdiu Populus Romanus ære Lib. 34.
tantum signato usus esset, & alia, que vetustas tradidit, cap. 1.
cum aequali Urbi auctoritatem eius declararet, à Rege
Numa collegia tertio ærariorum fabrūm instituto. quæ ne-
aliò, quam ad æs signatum, referri possint, illa ver-
ba, auctoritatem eius, satis euincunt.* Ceterum ma-
lè de Plinio meriti essemus, per quem toties profeci-
mus, ac proficimus quotidiane, si ei in verbis præce-
dentibus luxato, auctoritate veteris libri medicas ac fi-
deles manus non adhiberemus, cum eius restitutio illu-
strius nostram sententiam confirmet. Sic igitur manu-
scriptus liber Ioannis fratris: *Alia vetustas aequali ur-
bi auctoritatem, &c. Alia vetustas, id est alij vetustatis
Auctores, quos Varro videtur sequi. Sed & ubi de annu-*

lis coruinque vsu loquitur, hæc subiicit: *Celebratior quidem vſus cum fænore cœpisse debet: argumento est consuetudo vulgi ad sponsiones etiamnum in annulo, exiliter acta alio tempore, quo nondum erat arrha velocior, ut planè affirmare possimus, nummos antè apud nos, mox annulos cœpisse.* Quòd si numini annulos præcesserunt; ante Numæ tempora iam fuisse nummos in vſu merito colligerunt, cùm idem Auctor paulò antè scripsicerit, Numæ Setuij-que Tullij statuas annulos habere, quos cùm velociores nummis senserit, ideoq[ue] consuetudine vulgi ad sponsiones exilire, facile id animaduertet, qui meminerit nummos æreos maximè vetustissimos valdè graues fuisse, vt satis suprà demonstrauimus, ideoq[ue] & appendi solitos. Cùm enim asses librales essent, non dubium, quin sextantarius nummus, aut vnciarius annulo consueto ponderosior fuerit. Graues autem æreos nummos

In fin. l. 4. fuisse vel hic Liuij locus indicabit: *Patres benè cæptam rem perseveranter tueri, conferre ipsi primi; & quia nondum argentum signatum erat, æs graue planis quidam ad æarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant.* Indicio erunt & alij loci, vbi grauis æris meminit sæpius, quām vt à me ambitiosè recenseri debeant, Eius verò consuetudinis, quā arrhæ nomine annulus exilicabat, meminerunt etiam Iurisconsulti nostri: meminit

L. exempt. §. Is quis Terentius: *Cheream, inquit; ei rei prefecimus, dati annuli, locus, tempus constitutum est.* Cuiusque plurali numero vſus sit Comicus, facit vt suspicer vtrinque datos fuisse annulos. Quod etiam exemplum Iustiniani Imp.

In Eunucho. & Antoniæ coniugis eius (quam Theodoram postea vocatam existimo) magis confirmat, relatum apud Ay- Lib. 2. c. 5. moinium monachum, Historiæ Francorum veterem Au- Etorem.

etorem. Ceterum de arrhis, & arrhatum contractibus qui plura scire voluerit, legat quæ eruditè (vt omnia) obseruauit Iacobus Cuiacius. Postremò Timæi illius Pliniani fidem magis dubiam faciunt Liuius & Dionysius , quorum uterque cùm Seruij Tullij instituta pacis belliisque retulerit , de nummo æreo primùm percusso nullum verbum facit ; vt omittam Timæum nationis Græcæ fuisse, cui in his Romanæ vrbis originibus , vix suis ciuibus perspectis ac eognitis , credi temerè non debet.

C A P V T I X.

Populum Romanum argento signato, quamvis peregrino, usum initio fuisse; multò citius tamen Roma signatum videri, quam Liuius, Plinius, aliique voluerint.

AT verò nummo argenteo tamdiu caruisse Romanos , primumque fuisse percussum quinque ante prium bellum Punicum annis, si quis negare audeat, habebit repugnantem non ipsum Plinium tantum, siue Plinij Auctorem, sed T. Liuium & Eusebium. Nam etsi Liuij decimusquintus liber desideretur, in quo huius rei aperta erat mentio; supplet tamen Liuij defectum Florus in eius libri compendio, cùm ait: *Tunc primum Pop. Rom. argento vti caput.* Quæ verba ad tempora, quæ Plinius designauit, videntur pertinere, cùm subsequentibus libris primum Carthaginense bellum descripscerit Liuius; sed tamen quo impulsu cōmouimus superiora, eodem, aut, nisi fallor, maiore hauc de argenteo nummo traditionem conuellemus : conabimur enim ostendere

62. C L A V D I I C H I F L E T I I
tantum-non cum ipsâ Vrbe aureorum argenteorum-
que nummorum parem auctoritatem, vt hoc interim
consequamur, Pop. Rom. his perpetuò fuisse vsum, et si
non propriis, & apud eos signatis, saltem peregrinis;
signatos verò nedum quo illi putant anno, sed Regum
ipsorum tempore, firmissimis stabiliemus auctorati-
bus. Pugnabimus ergo primùm aureis telis. nam auro
suum honorem, auriq; sacram famem initio Vrbis non.

Plin.l.33. cap. 1.
defuisse, hæc habeo argumenta; quòd Tarquinij Prisci
filius bullâ aureâ donatus sit à patre, cùm in prætexta
hostem occidisset; quòd Regum Romanorum cultus ex
auro esset, aurea videlicet corona, aureique staminis ve-
stis.

Dionys.
lib.4.
Liuius
lib. 1
Liuius
ibidem.
Et, vt à publicis personis ad priuatas deueniam,
nónne Tarpeia virgo in ipsis Romanæ vrbis incunabu-
lis auro corrupta dicitur à Sabinis? Nónne Tarqui-
nius Superbus in consilio Latinorum cuiusdam Turni
Aricini seruum in domini nécem sollicitauit, auroque
corrupit? Cesserat etiam his temporibus aurum mulie-
rum ornatui, quæ, auro purpurâque depositis, dicuntur
luxisse Iunium Brutum, & Valerium Poblicolam.
Quòd si vltrâ progrederer, non deessent huius rei au-
ctoritates: crescente enim ciuitate, creuit & auri fames,
vslusque crebrior. Idque & xii. Tabularum Leges profi-
tentur, quæ vetant, ne aurum sepulcris addatur, nisi cui
auro dentes vinceti erunt; quod non veterat, nisi solitum
esset fieri. At verò Varronem audiamus referentem me-
morabilem Sibyllæ historiam de libris Tarquinio Prisco
diuenditis; nam ex eius Rerum Diuinatarum libris hæc

Lib. 1.c.6. nobis conseruauit Laetantius: *Ea nouem libros attulit ad
Regem Tarquinium Priscum, ac pro eis trecentos Philippeos
postulauit. Rex aspernatus pretij magnitudinem, &c. dein-*
de

de addit. *Denuò tribus alijs exustis, cùm in eodem pretio perseveraret, motus est Rex, & residuos trecentis aureis emit.* Ex quibus verbis apparet, Philippos aureos fuisse, & Romanis iam tunc familiares; alioquin cur Sibylla nummum inusitatum postulasset, aut Rex ei dedisset? In Varronis autem verbis notatu dignum est, quòd ad Tarquinium Priscum referat, quæ Dionysius & Gellius Lib. 3. Superbo tribuunt; vt miter Plinium ita scriptum reliquisse: *Inter omnes conuenit Sibyllam ad Tarquinium Superbum tres libros attulisse: cùm tamen tam apertè à ceteris Varrone dissentiat, & in nomine Regis, & in numero librorum, magis miror Plinij inconstantiam (nisi illa librarij, non Auctoris vitio acciderit) qui in Regis nomine varius est, videturque alio in loco cum Varrone sentire, ac Tarquinium Priscum agnoscere Sibyllinorum emptorem; nam Sibyllæ & Actij Nanij statuas, Tarquinij Prisci ætate positas disertè contendit: quem locum si sequamur, consentientem habebimus Varroni Plinium in Tarquinij nomine.* Idque cùm ab illis, qui de Sibyllis scripsierunt, non fuerit animaduersum, à nobis negligi hoc loco minimè debuit. Sed vt, quam tellam primùm ordiri cœperam, pertexam, si aureo numismate, cuicui modi tandem illud fuerit, vñsi sunt veteres illi ac primi Romani, multò magis argenteum illis familiare fuisse existimandum est. Cùm enim Populus Romanus in maximâ annonæ caritate, frumento emptitio & adjectitio, vt Siciliensi, vteretur, quod sæpiissimè factitatum esse post Reges exactos, & multò ante primi belli Punici tempus, Liuius multis in locis auctor est; quod modo à commerciis se expedire Pop. Rom. potuerit, nisi auro argenteoque nummo gentibus illis probato, non video.

Lib. 13.
cap. 13.Lib. 34.
cap. 5.

deo. Nam emptionem tunc rebus, non pecuniâ factam, nemo dicet, qui sciuerit vñitatem huiusmodi emptionem nullo tempore apud Romanos fuisse; alioquin Sabinianorum sententia haud tam facile reiecta fuisset, qui permutationem ab emptione non distinguebant, vt dixi suprà. Inde enim maximum suæ opinionis momentum sumere potuissent. Mouet me præterea, quòd Liuius de Tarquinio Superbo scripsit: *Is primus (inquit) bellum Volscis in ducentos amplius post suam etatem annos mouit, Suessamque Pomptiam ex his vi cœpit, ubi cum diuendita præda XL. talenta argenti auriq[ue] recepisset, concepit animo, &c.* Quibus verbis opinor aperte demonstrari, vñsum argentei aurei q[ue] numimi illis temporibus celebrem fuisse. Nam & Talenti vocabulum quamvis varium sit, vt ex Polluce, Hesychio & Suidâ colligimus, magis tamen solere ad pecuniā signatam referri notum est; vt q[ue] hoc in loco faciamus, verbum, *diuendita*, cogit. Quiniimò Dionysius Halicarn. idem bellum referens, quainiū paulò aliter rem narret, tamen argentum hoc fuisse signatum innuit, cùm ita partitam prædam declareret à Tarquinio, vt retentâ in constructionem templi decimâ, militibus reliquas pecunias distribuerit; tantumq[ue] auri atque argenti captiui numerum fuisse dicat, vt singuli milites *quinas argenti minas* acceperint. Vnde manifestum est (quid enim apertius dici posset?) nummo argenteo signato iam tum Romanos fuisse vños; Seruij quoque Tullij temporibus, qui in censu instituendo, vt refert Dionysius, iussit omnes Romanos referre, ac describere sua bona sive substantiam, eaq[ue] argento aestimare. At si nummus argenteus in vñlo non fuisset, cur bona yniuscuiusque adærare iussisset? aut quomodo id aliter

Lib. 4

Ibidem.

aliter fieri potuisset? Nam hic est præcipuus nummi usus, ut eo omnia æstimentur. Adde quod ex Varrone in Annali, apud Charisium lib. i. idem *Seruus Tullius argenteum conflasse primam dicitur*. Porro cum suprà demonstrauerimus ex Dionysio, in usu Romanis fuisse minas, peregrini nummi argentei genus, idem in drachmis ex eodem Auctore faciemus, qui sollicitatam à Tarquiniiis Romanam plebem, & seruitia cōcitata referens, atque ut in Patricios nefariè conspirarent, largitionibus occultis impulsa, tandem patefactâ coniuratione, indicio duorum Laurentinorum, quorum nomina erant P. & M. Tarquinij, indicibus accessisse hæc præmia ex S C. tradit, *argenti denas millenas drachmas, agri verò publici ingera vicena*. Valdè igitur eo tempore familiaris erat argenteus nummus, cum in præmij beneficijque vicem cederet. At verò, ut minus de argentei nummi usu dubitemus, efficiet loculi vel reconditorij eius appellatio prisca, quæ etiamnum est superstes. *Flauissas* autem ea loca dicta fuisse ex Q. Valerio Sorano scriptum reliquerat Varro, in quadam ad Seruum Tullium epistolâ, quem solitum dicere ait, *Quos thesauros Græco nomine appellamus, priscos Latinos Flauissas dixisse, quod in eas non rude es argentumque, sed flata signataque pecunia condetur*. Ex quibus omnibus æquævus Vrbi argentei nummi, quamvis peregrini, usus arguitur. At verò tanto tempore, quanto Plinius, Liuus aliiq; volunt, Populum Romanum argento signato Romæ caruisse, atque in tantâ iam Imperij mole Vrbisque magnitudine, tamdiu argento peregrino belli pacisque commercia cum exterris nationibus exercuisse, vix mihi sit verisimile, præsertim cum inciderim aliquando in T. Minucij Augu-

Gell. l. 2.
Non.
Marcell.
in Fla-
uissas.

rini numimum argenteum, qui si est Consul, L. Posthūmij collega, anno V.C. 448. (nam in Romanis antiquitatibus alium his nominibus nondum inueni) infaturius quām illi voluerint, signatum Romæ argentum fuerit necesse est: nam Consules illi, triginta & quod excurrit annis, Q. Ogulnij & C. Fabij Consulatum præcesserunt. His alij plura superaddere poterunt, quibus magna veterum numismatum copia suppetit, vnde tutiū multò repetuntur, quām ab Auctōribus. Quæ si mihi præstò fuisset, exiuisset scriptura hæc nostra locupletior instructiorque: certè non dubitassem firmiorib⁹ urgētioribusque rationibus Plinij Liuijque auctoritates conuclere: sed satis sit digitum intendisse, atque eius rei diligentissimos, & quibus otia curiosius ista tractandi non desunt, admonuisse. Homini certè in alio studij genere occupatissimo, publicisque muneribus adstricto, hæc satis superque sint.

CAPVT X.

De aureo Numismate, quando percussum.

Eius forma varia.

Lib. 33.
cap. 3.

NVNC verò de aureo Numismate dicendum, cuius multò obscurior est origo; nam & quod primum aurei numimi signum fuerit ignoratur. Tantum scribit Plinius post annua LXII. percussum esse seriùs quām argenteum. Sed vt cumque sit, constat aureos numeros semper rariores argenteis fuisse; non quod minor esset auri quām argenti copia, sed quia in varios liquationum & filorum usus magna vis auri deperiret. Ita enim.

etim Vopiscus de Aureliano Imp. *Habuit in animo, ut in Aureliano neque in cameras, neque in tunicas, neque in pelles, neque in argentum mitteretur, dicens plus esse in rerum natura auri, quam argenti, sed aurum per varios bractearum, filorum & liquationum usus perire; argentum verò in suo usu manere.* Denarium verò aureum ante Plinium fuis-
se signatum existimo, cùm ipse scribat huius instituti auctorem incertum esse, eiusque nomen latere; ut valde mirer Lampridium scripsisse, Elagabalum primū formas binarias, ternarias, quaternarias & denarias inuenis-
se; cùm & denarius ex auro antè fuerit percussus: quid enim aliud sint formæ binariæ, ternariæ, denariæ, & ce-
teræ, quam formæ bilibres, & deinceps non video. Verba eius subiiciam, ut apertiora sint: *Formas binarias, ter-
narias, & quaternarias, & denarias etiam, atque amplius,
usque ad bilibrem quoque, & centenarias, quas Elagabalus
inuenierat, resolui præcepit, neque in usu cuiusquam versari;
atque ex eo his materia nomen inditum est.* Ecce quas bi-
narias formas antè dixerat, posteà bilibres appellat, cùm
quit, usque ad bilibres; quæ verba licet obscura, hoc mihi præterre videntur, Alexandrum Imp. resolui præce-
pisse formas omnes à bilibribus, id est binariis ad cente-
narias, & quæ centum libras valerent, ut particula usque
includat etiam binarias formas: hac enim interpretatio-
ne mihi videtur adiuuandus Auctor, puri sermonis non
nimius amator. Ergo remanserunt tantum aurei; quos
qui primus signauerit nescio. Illud scio, si Lampridij fi-
des sequēda sit, semissarios aureos primū Alexandrum Seuerum instituisse, sed & aureos trientes, cùm etiam quadrantes cogitasset. Verba Lampridij sunt: *Tuncque
primū semisses aureorum formati sunt: tunc etiam, cùm ad*

tertiam partem auri vel etigal decidisset, tremisses, dicente Alexandro, etiam quartarios futuros, quod minus non posset, c.c.

Lib. 3, 3.
cap. 3.

Ex quibus verum apparet, quod Plinius multò antè scripserat, *Paulatim Principes auri pondus imminuisse.* Sed imminutum sēpissimè solidum iam inde ab eiusdem Plinij tempore, argumento est Constantini Lex ita præscripta: *Pro imminutione, qua in estimatione solidi fortè tractatur, omnium quoq; specierum pretia decrescere oportet.*

Lib. 2. de
Veter.
numis po-
test. C.
lib. xj.

Vult itaque Imperator, ut species, quæ inferuntur à collatoribus, & possunt argento vel auro estimari, eo imminuto pretia earum decrescant; solidi autem imminutionem exempli gratiâ posuit, quasi & argentei nummi iuminui possent: dictio enim fortè paradigmatica est.

C A P V T X I.

De confusione Auri, Æris & Argentii, ac de incoctilibus seu tinctis nummis, & aliis speciebus.

Pompo-
nius in
lib. 2. de
Orig. Iur.

Lib. 3, 3.
cap. 3.

SE D de ærcis, argenteis, & aureis nummis hactenus, quas maximè proprias fuisse moneræ materias existimo, cùm qui moneræ flandæ facienda præcessent, III uiri monetales ita appellarentur, A.A.A.F.F. id est, ut ex Probi libro de Notis constat, *auro, ære, argento, flando, feriendo;* quorum etiam in libris nostris mentio est aperta. Non solum autem ex simplici ære, auro argento-que, sed iis etiam cominxis & confusis nummi fiebant. Æs enim argento misceri solitū, iam inde à Livij Drusib Tribunatu plebis institutum est, quem Plinius ait octauam partem æris argento miscuisse; quod & diu in Rep. Rom. retentum fuisse, cùm veteres nummi multi, rura verò

verò Constantij constitutio argumento est, quā pu-
niuntur flatuarij, qui pecuniam purgant separato ære ab ^{L. Com-}
argento. Æs ab auro separari olim non potuisse, didici ab ^{perimus.}
Vlpiano nostro; an hodie possit, sciunt huius artis periti. ^{C. Theo-}
At quin etiam olim æs ab argento deduci potuerit, non ^{dof. de}
est dubitatum; ait enim Callistratus: *Si ære meo & ar-* ^{Lib. 5. §. 1.}
gento tuo conflato aliqua species facta sit, non erit ea nostra ^{ff. de Rei}
communius, quia cum diuersa materia æs atque argentum sit, ^{L. Lacus.}
ab artificibus separari, & in pristinam materiam reduci solet. ^{ff. de Acq.}
Existimauit I C. plus esse cognationis æri cum auro,
quā cum argento, ideoque conjuncta & cominxta
difficilius ab illo, quā ab hoc deduci & separari. Va-
rias præterea & diuersas horum metallorum mixtiones
olim in numismatis fuisse ex ipsorum aspectu hodie no-
bis constat. Quin etiam ex incoctilibus nummi forma-
bantur; nam & complures eiusmodi me vidisse memini.
De incoctilibus autem sic Plinius: *Album* { plumbum ^{Lib. 34.}
scilicet] incoquitor eris oporibus Galliarum inuenio, ita ut ^{cap. 17.}
rīx deferri queat ab argento, ea quæ incoctilia vocant. Demi-
de & argentum incoquere simili modo cœpere, eorum maxi-
mè ornamentis, iumentorumque lugis in Alexandria oppido: reliqui
gloria Biturigum fuit. Cœpere deinde & effeda, & vehicula,
& petorita exornare. Nummi autem ex incoctilibus fa-
cti, sunt (ni fallor) illi, qui in lege Cornelii Tincti dicun-
tur, & cuiusmodi multi inueniuntur. Incoctilia opera
olim, & hodie argenteata, dicebant; nam quod de esse
dis, vehiculis & petoritis Plinius ait, de carrucis ita ^{In Alexan-}
Lampridius: *Carrucas Romæ, & rhedas Senatoribus omni-^{dro.}*
nibus, ut argenteatas haberent, permisit; iuxterose Romanae di-
gnitatis putans, ut his tamē urbis Senatores veteremur:
Recte Senatores extessit Lampridius; nam id priuatis

non licet, qui ebɔratis aut æratis tantum vehiculis vtebantur; quibus tamen postea etiam argentatis vehi concessit Aurelianus; nam de eo ita Vopiscus: *Dedit præterea potestatem, ut argentatas priuati carrucas haberent, cum antea ærata atque ebora vehicula fuissent.*

C A P V T . X I I .

De nummis Electreis, & duplice Electro metallico.

*Explicatus Lampridi locus in Elagabalo. Emen-
data L. Pediculis de auro & arg. leg. Et Julius
Capitolinus in Pertinace restitutus.*

Lib. 33.
cap. 4.

AVRORO etiam & argento commixto, id est Electro, primus, ut arbitror, Alexander Seuerus nummos cu diu uslit, qui, ut suprà demonstrauit, totam rem more, tariam diligenter retractauit. De eo sic Lampridius: *Alexandri habitu nummos plurimos figurauit, & quidem elec-
treos aliquantos, sed plurimos tamen aureos.* In quod quimini genus si quis hodie incideret, vix electreos, nisi historiæ peritus, suspicaretur, propter incognitum sese nostro seculo electri usum. *Electrum autem non succinum* h̄ic intelligimus, sive *Glesum*; sed propriam metalli speciem, auro & argento constante, de quo ita Plinius: *Ubicumque quinta argenti portio est, electrum vocatur.* Scrobes ea reperiuntur in Canaliensi. Fit *et* cura electrum argento addito: quod si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Vnde manifestum est, duplex esse electrum, natuum & factitium. Sed præcipua natuuo glo-
ria, cum propter raritatē, tum vero vim eximiam, quam his

his verbis prædicat Plinius: *Quod est natuum, & venena deprebendit;* namque discurrunt in calicibus arcus celestibus similes, cum igneo stridore, & geminâ ratione prædicunt. Indeque veterum studium circa vasa electrina, ut putalances, calices, pateras, quorum omnium frequens apud Auctores mentio, ut Serenum:

Produnt electri variantia pocula virus.

De natu autem electro, non eo quod artificio constat, intelligendus hic Lampridi locutus in Elagabalo, cum de impurissimâ illâ belluâ & Imperij monstro ita loquitur: *Scobe auri porticum stravit, & argenti, dolens, quod non posset & electri.* Si enim potuit auri & argenti scobe porticum subternere, cur non etiam ex facile fuisse, electro illo factitio libidines suas & profusissimas voluptates adimplere, cur doluisse in electro, quod in auro non fecerat, nisi raritas electri hos ei doloris stimulos subiecisset? Nam & supra Plinium iam adduxi huiusmodi scrobibus electris Canaliense tantum celebrantem. Eadem electri naturalis paucitas efficiebat, ne vasa ex solido electro veteres efformarent; sed cum aliæ partos argenteæ aut aureæ essent, cauum vasum electrum erat, quia in venenis coarguendis eâ in parte maximè vires suas exerebat. Et huius generis vasa quædâ fuisse in auctione rerum Commodi Imp. scriptum reliquit Iulius Capitolinus; nam In Peri-
cetera eius auctionis insignia referens addit: *Vasa electro,* nace.
auro, argento, ebore, citroque composita. Vbi vulgo legitur,
eluto auro, sed corruptissimè; cur enim potius *elutum aurum,* quam *obrizum,* dixisset? Deinde quis non videt curæ non fuisse Auctori, vnicuique specier suam addere epithetum? & *elutum aurum, ebur Indicum, argentum pusulum,* &c. dicere, quin potius enumerare metallorum aut
mate-

materiarum species, quibus ea vasa constarent? Sed quia de vasis electricis mentionem fecimus, non importunè mihi videbor in medium proferre Iurisconsulti responsum, quod de iis scriptum extat; nam & ex suprascriptis lucem recipiet, & turpe in eo mendum breuiter indica-

L. Pedicu-
lis. §.
Neratius.
ff. de Aur.
& arg.
leg.

bimus. Ait I.C. Neratius Proculam refert ita respondisse: *vasis electricis legatis nihil interesse, quantum ea vasa, de quibus queritur, argenti, aut electrici habebant, sed vitro argenteum electro, an electricum argenteo cedat: id ex aspectu vasorum facilius intelligi posse: quod si in obscuro sit, inspicendum est, in viro numero ea vasa sive qui testamentum fecit, habuerit.*

Cur Paulus responsi huius auctor maluit à Neratio, quām Proculo sumere? quia forte nihil in Proculi scriptis cā de re; nam non omnia sua responsa in libros referabant, sed eorum discipuli, quibus præsentibus de iure respondebat, ea postea litteris mandabant. Sic Alphenus Seruij, sic Africanus Iuliani responsa digesserunt: quo-

ties enim, *respondit*, in Alpheno legimus, Seruum intel-
ligamus oportet, nisi Seruio ipsi, atque Alpheno iniurij
esse velimus, dum alteri propria detrahimus, alteri tri-
buimus aliena. Neratum autem fuisse Proculeianum
notius est, quām vt à me vitro comprobetur. Fingamus
ergo (vt ad Iurisconsultum reuertamur) eum sensisse de
vasis, non Commodianis illis nimium preciosis & am-
bitiosis, sed quæ ex electro & argento tantum constarent;
vasa autem electrica legata fuisse, quæ vasa debebuntur?
Et ceterè nihil tam repugnans dīci aut fingi potest, quām
quod hīc Proculus respondit. Nam si, vt volunt, ex aspe-
ctu ius accessionis metimur, valdè multum intererit, plus
auri sit, an electrici; alioquin cur ad aspectū IC. prouocat?
an vt magis premium tantum, quo res esse preciosior,
non

Lib. 2. in
fi. de Orig.
jur.

non materia perpendatur? minimè nam sèpè in eo tra-
 Etatu definitum est, semper cùm querimus, quid cui ce-
 dat, illud spectari, quid cuius rei ornandæ causâ adhibea-
 tur, ut accessio cedat principali, non quæ sit pretiosior. L. Cato
anrum.
 Præterea & totus hic locus ex Pauli ad Vitellium libris sumptus est, qui ne in picturâ quidem accessionis regu-
 lam vitiari concessit. Aspectus ergo electri deprehendet & §. fin.
 non quidem artem & figuram (quæ quia electro ornan- ff. codem.
 do adhibetur, cedit principali, quamvis pretiosior) sed & Si tamē.
 quantitatem; quod si is potentior sit, certum est argen- Instit. de
 tum cedere electro, ut in margaritis, ornamétis muliebri- Rer. diu.
 bus contextis, in quibus auri aspectus eminebat, respon- L. In rem.
 dit Paulus. Non erit autem potentior aspectus, nisi & ff. de Rei
 obiectum electri præualeat; nam ratione obiecti meti- catus. §. 5.
 mur aspectum; ergo necesse est plus insit electri, quam
 argenti. Vnde apparet falsò respondisse I C. *nihil interese,*
quantum ea rasa, &c. nam & subsequentibus è diametro
 repugnant, quæ nos ad aspectum deducunt. Quamob-
 rem stat mihi hæc sententia, corruptum esse Iurisconsul-
 ti responsum, nec aliter subsistere, quam si illud *nihil* in
nihilum redigamus, & in eius locum substituamus mul-
tum; vocem quidem specie & figurâ affinem, sed vi ac
 potestate contrariam; aut verò utramque subducamus;
 vel *nihil in non nihil* commutemus. Quod ut ita sen-
 tiam, cùm ratione prædictâ commoueatur, cum verò quia
 in Pandectis Florentinis, omnium emendationibus, sed
 & aliis quibusdam libris, non *idque*, verùm simpliciter
id legitur; ut integer locus non à subdititiâ tantum vo-
 ce, sed etiam à mendo distinctionis vacuus ita legi de-
 beat: *Vasis electrinis legatis multum interese, quantum ea*
rasa, de quibus queritur, argenti aut electri habebant: sed
K verùm

*utrum argentum electro, an electrum argento cedat, ex app-
etu vasorum facilius intelligi posse, &c. Qui ad iudicium
aurum descendere, seriem ac filium orationis expende-
re, & rationum momenta suis ponderibus examinare
voluerit, nihil à nobis temerè tentatum, immò vero vl-
cus fœdum & latens patefactum, ac sanitati restitutum
iudicabit.*

C A P V T X I I I .

*De nummis Scorteis, seu Coriaceis, Stagñeis
& Plumbeis.*

SCORTEOS nummos aliquando percussos fuisse,
& vim numeratæ pecuniaæ habuisse, exigente ita re-
rum necessitate, non erit dubium ei, qui in Auctorum
lectione fuerit versatus. Quod non solùm apud Lacede-
monios, sed aliquando Romæ factitatum fuit: quan-
do autem, & quâ de causâ, obscurum est. Auctor enim
incertus, subiectus Notitiæ vtriusque Imperij (qui mihi
videtur Arcadij & Honorij temporibus vixisse) sic ait:
*Postiores fastidientes prisce vilitatis inuentum, formatos è
coriis orbes auro modico signauerunt, quibus Regum munifi-
centia & commutationum necessitas intactis collatoribus v-
tebatur. Sed & potior Auctor Seneca, *Æs, inquit, alienum
babere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium formæ
publicâ percubsum, quale apud Lacedemonios fuit, quod vsum
numeratæ pecuniaæ præstat.* His addatur & hic Hieronymi
locus in Apologiâ contra Ruffinum: *Cum montes aureos
pollicaris, ne scorteum quidem nummum de thesauris tuis
profers.* Id aliquando in Galliâ factitatum Ioannis Regis
tempo-*

Lib. 5. de
Benefic.
cap. 14.

temporibus, cùm alij, tum ex nostris Vidius Papius Au- Decisio-
ctor est: vt micer, fabulosum existimatū à Car. Mo- ne 493.
linæo, quod de coriacē monetā traditur; qui si eos Au- Tract. de
torum locos notaſſet, haud dubiè aliter sensiſſet. Nam,
vt de Ioanne Rege vſquequaque verum non putem, ta- vſur.
men, quin alio tempore coriaci nummi introducti fue-
rint, ex präcedentibus nemini dubium eſſe potest. De
Stagneis verò nummis in Pandectis Florentinis mentio; Lib. 11.
de quibus in Obſeruationib⁹ Cuiacius, vbi monstrat Obſeru.
ſcribendum ſtagneos, non ſtanveos. Plumbeorum me- cap. 1.
minit Plautus non ſemel. In Trinummo:

Numquam nummum credam plumbum.

In Casinā:

Cui homini hodie peculi non eſt nummus plumbens.

Item Martialis lib. 10.

— *quandiu ſalutator*
Anteambulones & togatulos inter,
Centum merebor plumbeos die toto.

Eiusmodi nummi minuti ē plumbō Romæ fodientibus ſep̄ occurruunt: haud dubiè olim percusſi, ad viliora
retum pretia æſtimanda; quamquam lege Cornelii ve-
titum erat, argento plumbum admiſcere, vt facti-
bat ille faber, ad quem Plautina persona in Moſtel-
lariā:

Tace tu faber, qui cudere ſoles plumbeos nummos.

CAPVT XIV.

*De Monetariis, Procuratoribus Monetae, ac Pre-
positis Thesaurorum. Indicatus in Notitiâ
utriusque Imperij defectus.*

AB SOLVTA quantum licuit de nummorum materiis quæstione, nunc de moneta opificibus ac præpositis strictim dicemus. Qui igitur monetam labant, signabant, faciebant, *Monetarij* dicebantur, & sic passim in Iure nostro appellantur: ut valde miser Ioannem Baptistam Egnatium virum doctissimum, suis

L. i. C. de in Vopiscum Annotationibus, *Monetariorum* appellatione Gynæciarios & Baphiarios etiam comprehendere netā.

Lib. 6. C. voluisse, quorum & nomina & officia diuersa sunt. Monetariorum autem conditio quamvis ita vilis fuerit, vt Dignit. l. i. à dignitatibus prohiberentur, neque eam facile mutare & l. Si suis possent; tamen corpus eorum & officium latè diffusum C. de mu- fuisse, argumento est bellum, sub Aureliano ab iis sus- ril. lib. 11. citatum; in quibus comprimentis septem millia Hiber- torum, Ripariensium, Castrianorum, & Daciseorum militum interempta fuisse, Aurelianus ipse quoddam apud Vopiscum epistolâ proficitur. Cui magis credendum existimo, tuimultus illius motum ad Felicissimum Rationalem referenti, quām Eutropio, Victori, Paulo Diacono, qui incuriosiùs, & secūs quām res gesta sit, cā de re loquuntur. Monetarij porro magnas sacerdissimè fraudes inuehebant in ratione monetæ: vnde non mediocria damna & Reipublicæ & priuatis infligebantur.

Nam & nummos contra verum eoruin ysum vendebant,

bant, ac mercis loco habebant; quosque arbitror lege
 Corneliam de falsis maximè comprehendendi, in cuius pœ-
 nam dicuntur incidere nummorum emptores ac ven-
 ditores. Hoc autem perfamiliare Monetariis fuisse hu-
 iusmodi, ostendit Auctor incertus iam citatus, vbi de
 fraude & correctione monetæ agit. ait enim: *Eminentis
 cumdem solidum fraudulenta calliditas, et videntis dam-
 nosa necessitas, difficultatem quamdam ipsis contractibus in-
 tolerunt, ne rebus possit interessere simplicitas.* Sed quia, vt
 dixi, diffusum valde erat eorum corpus, aë longè late-
 que patebat, vix coēceri huiusmodi fraudes poterant.
 Cui quidem malo idem Auctor anonymous, vir mea
 quidem sententiâ & ciuilis & armatae partis prudens,
 tali remedio occurrentum existimat: *Ut opifices mone-
 te redacti condique in ronam insulam congregentur, numma-
 riis & solidorum visib[us] profuturi, à societate videlicet
 contigue terra prohibiti, ne commixtionis licentia fraudi-
 bus oportuna integritatem publicae utilitatis obfuscet,* &c.
 Monetariis autem primùm credo præfuisse Triumuiros
 Monetales, de quibus suprà diximus, quorum officium
 diu in Republicâ retentum, ac sub Imperatoribus adhuc
 creatos, ab antiquis marmoribus didici. Erant & Præ-
 tores; quibus etiam commutatis ab aliis Imperatoribus
 (nam variè habita & commutata eius rei forma, vt ait
 Tacitus) tandem ad Præfectos æratij res rediit, qui &
 in Republicâ diu manserunt, & vltimorum Imperato-
 rum tempore; idque ex Symmachi Epistolis & Marcel-
 lino patet. In Notitiâ Prouinciarum utriusque Imperij
 nullam eorum fieri mentionem miror: quorum loco
 Præpositi Thesaurorum constituuntur, qui vnâ cum
 Procuratoribus Monetæ sub dispositione Comitis sa-

L. Lege
 Corneliam
 ff. ad
 L. Corn.
 de Fals.

crarum Largitionum esse dicuntur. Atque in Notitiâ Imperij Occidentis (nam Orientalis hac in parte mihi videtur manca) duodecim enumerantur, vñâ cum locis quibus præpositi erant. Procuratores autem Monetæ, vt in Notitiâ Orientali desunt prorsus, ita in Occidentali mihi videntur imperfectè numerari, hi videlicet: *Procurator Moneta Sisciana, Procurator Moneta Aquileensis, Procurator Moneta Urbis Rome, Procurator Moneta Lugdunensis, Procurator Moneta Arelatensis, Procurator Moneta Treuirorum.* Cùm tamen plures fuissent, numerus Præpositorum , de quo suprà, sit arguimento; nisi dicamus non vnicuique Præposito Thesaurorum suum monetæ Procuratorem fuisse, quod in tanta corum tempore caligine adseuerare non ausim. Tantum existimo Monetæ Procuratores numinosi usos, & à Monetariis acceptos, Præpositis Thesaurorum tradidisse, atque in eorum rationes apud Rationalem retulisse. At verò Notitia Orientalis, vt dixi, in Præpositorum ac Procuratorum Monetæ, simulque Rationalium, bonâ sui parte deminuta est. Nam non est dubium, quin Oriens suum habuerit monetæ officium multis in locis. Alexandriam enim inter cetera possum citare, in quâ monetam fieri solitam ab Ammiano Marcellino didici. De reliquo autem monetæ officio spatiis inquis exclusi, ac destituti Auctorum veterum ope, plura non dicemus.

CAPVT

C A P V T X V.

*De veteri more suscipienda pecunia è publico eroga-
ta. Vindicatus Eumenij locus: ac de
veteri adorationis ritu.*

CV M olim militibus stipendia, aut aliis salaria de publico soluebantur, denique cum principalis largitio suscipiebatur; hic mos inualuit, Imperatorum recentiorum maximè temporibus, ut oblatam pecuniam non ante susciperent, quam adorationis aut veneracionis quadam specie vterentur. Nam cum antiquitas illa Imperatores aut Principes veluti praesentia numina coleret, ita etiam signa eorum, seu imagines, pari venerationis cultu prosequebatur. Indeque sacros Principum vultus tam sèpè legimus, & *Adorationis* verbum eo sensu. Cumq[ue] nummi vultus Principum referrent, verisimile est etiam à suscipientibus adoratos fuisse. Cuius antiquitatis apertissimum est vestigium in illa Eumenij Oratione, de scholis instaurandis, quæ inter Panegyricos alios extat; sic enim, cum de salario suo loquitur, vetus editio, & hac in parte melior, habet: *Hoc ego salaryum, quantum ad honorem pertinet, aderatum accipio, & in acceptatione perscribo, sed expensum referre patriæ cupio.* qui locus mihi videtur integer, & observationis non vulgaris index: neque facile aderatum in aderatum commutari; cur enim *aderatum suum salaryum diceret Eumenius*, cum ei in pecunia numerata fuerit constitutum? ita ut adoratione opus non fuerit; idque ex Constantij Imp. epistolâ Orationi insertâ fit manifestum. Annonæ aderari

CLAVDII CHAERETI

80. rari poterant, salaria non item : salaria enim separantur ab annonis in Lampridij Alexandro. Præterea an absurdius est adorari sacros vultus in pecunia numerata, quanta in militibus signis ? namque id fieri solitum, atque in veteri militiae usitatum sexcentis loqis probare possem ; sed unus aut alter sufficerit. Ait Vegetius de primâ cohorte legionis , quæ milliaria dicebatur : *Hoc imagines Imperatorum, hoc est diuina & presentia signa, veneratur.* Item Tertullianus in Apologetico : *Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa iurat, omnibus Diis preponit, omnes illi imaginum suggestius infignes monilia crucium sunt. suppara illa vexillorum & labarorum, sola crucium sunt, &c.* Item CL. Julianus Cos. Vrbis Romæ, in Epist. ad Pupienum & Balbinum, à Iul. Capitolino relata : *Denique legionibus ipsis (gratulatus tum scilicet) & auxiliis, que ubiq; terrarū iam vestros vulnus adorant, &c.* In summâ, Principum vultus siue ærcos siue marmoreos adoratos fuisse, D. Ambrosius (qui mihi est multorum instar) testis erit optimus. ait enim : *Sola ære fusa capita, & ducti vulnus de ære vel marmore, ab hominibus adorantur.* Hoc minus mirum ei videbitur, qui obseruauerit Imperatores inclinantis Imperij non ægrè tulisse huiusmodi adorationis cultum, cum & celestia, & diuina, sua statuta, dicant, & diuine sanctioris affectus. Per adorationem vero intelligo venerationem , quæ procumbendo fiebat , & quæ primis Imperatoribus fuit insolita ; sed postea ab adulatoribus inuecta , quibusdam placuit, quibusdam displicuit. Eam sanè in se prohibuit Alexander Seuerus . At de Pertinace ita Capitolinus : *Fuit in curia honorificissimus, ita ut Senatum faciem adoraret. De Othonie item Tacitus : Nec deerat Otba*

pro-

Lib. 2. cap. 6.

Hexaëm. & cap. 6.

Lib. 3. C. Theod. de Stud. lib. Vrb. Rom.

Lib. 17.

*protendens manus, adorare vulgum, iacere oscula, ego omnia
seriliter pro dominatione. Riuin autem veteris adoratio-
nis si quis forte requirat, hic à Suetonio traditur, ubi de
L. Vitellio loquitur: Primus C. Cesareo adorare ut Deum* In Vitel.
cap. 2.
*instituit, cum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset,
quam capite velato, circumuerterisque se, deinde procum-
bens, &c.*

C A P V T X V I .

*De antiquorum Numismatum vi ac potestate
bodiernâ, an in iis sit merx, aut pretium. Expli-
cata quadam faris civilis questiones.*

CVM , ut ait Aristoteles , nummi non naturâ, sed Lib. 5.
Ethic. c. 5.
*rubia, id est, lege valeant, in nobisque sit ut mu-
tetur, & reddantur inutiles, & Remnius Fannius Palæ-
mon de iis ita scripsit,*

— non fædere certo

*In Carmi.
de pond.
& mens.*

*Natura, sed lege valent hominumque repertis:
videndum est, quid nuncamus valeat antiquus, aut quem
hodie præbeat usum ; quæ disquisitio ferè tota nostra
est, & à libris nostris repetenda. In quâ ita breuiter sen-
tio, nummos antiquos usum hodie pecunia numerata
non præbere. Itaque cum in emptione & venditione ex
vâ parte sit pretium, ex aliâ merx, numismata antiqua
præij loco non erunt, sed mercis potius, quia in emptione
& venditione pretium debet in numerata pecunia
consistere, id est ea pecunia, quæ inter ciues recepta &
usurpara sit: abolita enim est eorum sententia, qui em-
ptionem rebus fieri posse existimabant. Ergo potius*

L

mercis

*Lib. 1. de
Contrah.*

empt.

*s. Item
pretium.*

Inst. de

empt. &

vend.

*Lib. 1. C.
de Contr.*

empe.

l.emptio- mercis vicem obtinent vetera numismata, vel, vt Lam
 nem C. de pridius ait, materiae. Ut enim pecunias in usu publico
 Rer. per- constitutas pretium oportet esse, non mercem, id quod
 mut. lege Constantini statuebatur; sic etiam numismata,
 Lib. 5. C. quae usum pecuniae numeratae non praebent, mercis,
 Theed. non pretij loco sunt, vt de Victoriato Plinius ait, quem
 Si quis ex Illyrico adiectum mercis loco habitum fuisse dicit:
 pecuniam quod de Victoriato peregrino intelligo(nam idem ius de
 confi. vel mercandi peregrinis consensu ciuium non receptis, ac de reliquis
 causa transtul. antiquis nummis statendum existimo;) fuit enim &
 Lib. 33. cap. 3. Romanus lege Clodiâ percussus, vt idem Auctor scribit,
 Lib. de cuius potestas quae fuerit, Volusij Martiani verba subie-
 All. cta ostendunt: *Victoriatus nunc tantundem vales, quan-*
tum quinarius olim; at peregrinus nummus loco mercis, ut
nunc tetradrachmum & drachma, habebatur. Ex quibus
 Lib. de colligimus, Victoriatum Romanum pretij peregrinum
 Virginibus ve- mercis loco censi. De Romano etiam Victoriato in-
 land. telligendus Tertullianus, cum ait: *Unius Victoriati vel*
quamcumque eleemosyna operationem sinistrâ consciâ facere
prohibemur. Nummi genus tamquam non magni pre-
 tiij Tertullianus elegisse videtur, quodque olim in sti-
 pem ferre cederet. Signum autem Victoriae habuisse, in-
 deque nomen ex nummorum aspersione deprehendi, &
 Lib. 33. cap. 3. Plinius ostendit; in cuius verbis maculam, leuem qui-
 dem, sed non negligendam, ex manuscripti libri colla-
 tione sustuli, in quo ita scriptum inueni: *Est aureum signa-*
tus Victoriae, & inde nomen. vulgo Victoria legitur, non
 tam eleganti ratione loquendi; sic enim dicimus Latinè;
 ad *Pacis*, ad *Vesta*, præcisâ locutione, scilicet ut subintelli-
 ligamus ædem, siue templum. Signatus igitur Victoriae,
 id est, signatus notâ & charactere Victoriae. In hac
 emen-

emendatione nullum est meum audax facinus, qui libro
veteri & ratione nitor. Porro Valentinianus & Valens
Imperatores aliquando effecerant, ut veteri numisma-
ti siue solidō sua redderetur potestas, & eo res seu species
eminentur aut distraherentur, dummodo debiti ponde-
ris aut speciei probae essent & materiae: quod desuetu-
dine inumbratum reuocauerat Philosophus Nouellā
Constitutione, quae etiam hodie vſu recepta non est,
veteri desuetudine remanente. Quid ergo? nullus erit
antiqui numismatis honos, & vſus legibus cognitus &
approbatus? Immò maximus: et si enim satis super-
que retulerimus laudatissimam eorum viam & potesta-
tem, tamen ex Legum nostrarum verbis demonstrabi-
mus nobilissimum eorum vſum. Ait ergo Pomponius
Iurisconsultus de iis: *Numismatum aureorum, vel argen-
teorum veterum, quibus pro gemmis vti solent, vſusfru-
ctus legari posse*. His verbis nihil dici potest accom-
modatus ad commendationem studij veterum nu-
mismatum; quod etiam olim frequens fuisse indicant
iura, quae ad illa aptantur. Ergo in iis legatis constituitur
vſusfructus, non fictitious ille Senatusconsulto introdu-
ctus, sed verus & proprius; tamquam vetera numisma-
ta etiam rerum numero sint, in quibus non abusus, sed
vſus est, id est quae vtendo non consumuntur, cùm iis
pro gemmis vti soleamus, in quibus verus inest vſusfru-
ctus. Sit ergo hoc constitutum & fixum, vetera nu-
mismata gemmarum vicem obtinere in quæstione vſus-
fructus; non quod gemmæ sint aut lapilli (repugnat
enim definitio à Iurisconsulto tradita) sed quia in vſu-
fructu relieto aut constituto gemmarum locum occu-
panit, iisque pro gemmis vtamur. Et quia de legato nu-

Lib. 1. C.
lib. 11.
de Vet.
numis.po-
test.

No. Leo-
nis 52.

Vide No-
uel. Theo-

L. Numi-
smatum.
ff. de V-
sustuct.

Lib. 1. de
Vſufr. car.
ter. quæ
vſu cons.

L. Cuius
aurum.
ff. de Auro
& arg. leg.

misiñatum loquitur Pomponius, nihil extra lineas fca
cisse videbor, si nonnullas quæstiones breuiter dissol-
uero, ab hac de veteri nummo disputatione non alienas.

Quæro igitur, An auri vel argenti legati appellatione
veniant antiqua numismata? Quod puto: certum est
enam aureum numisma aurum esse. Denique cum auri
legati vel argenti appellatione pecunia numerata non
intelligatur, quod (contra quam Cicero putauerit) Iuris-
consultis nostris, fidelißimis huius controvërsiaris arbit-
ris, placuit; veteres autem nummi pecunie numeratae
potestare non fungantur: reliquum est, ut auri & argen-
ti appellatione comprehendantur. Item quæro, An auri
vel argenti facti nomine veniant? Quod non puto:
quia argentum factum à signato separatur tamquam
diuersum; ergo auri vel argenti signati nomine com-
prehendantur. Quidni? cum & peregrini, ut Philip-
pei, eâ veniant appellatione. ait enim Vlpianus:

*Si autem aurum & argentum signatum legatum est, id pa-
terfamilias videtur testamento legasse, quod eius aliquâ for-
mâ est expressum: veluti quæ Philippi sunt, itemque numi-
smata, & familia. Hæc verba non ad peregrinos tantum,
sed & veteres, ac denique quacumque formâ expressos,
pertinent. Philippi nummi peregrini sunt, utpote
Macedopici, quorum frequens apud Liuum mentio;
& Horatius de Cherilo, Regi Alexandro grato, dixit:*

Reratis acceptos Regale numisma Philippis.

Fuere postea vñ Romæ recepti Philippei nummi, tam
ærei quam argentei, quorum frequens etiam apud Au-
ctores mentio, à Philippo Imperatore dicti, ut Antoni-
niani & Aureliani, ab Antoninis & Aureliano. Eâ
Philippeorum formâ & pondere cum alij posteà feri-
rentur,

In Top.

D.I. Cùm
aurum. in
princ.

I.Q. Mur.
17. §. 1.
Ei auro
arg. leg.

D. leg.
Quint.
§. pan.

Epist. 1.
lib. 2.
Vopisc. in
Aurel. &
Probo.

rentur, quamvis alio quam Philippi vultu, tamen Philippei dicebantur. Itaque Valerianus Imperator in quadam ad Zosimionem Procuratorem Syriæ epistolâ, ait de Claudio, qui posteà rexit Imperium: *Dabis Philippeos nostri vultus annuos centum quinquaginta.* Cùm autem in superioribus quæstionibus aurum vel argentum factum à signato distinxerimus, id cùm ex Iurisconsulitorum, tum verò aliorum linguae Latinæ Auctorum usu fecimus. Apud Liuium enim ita Valerius ait: *Cavetum erat, quod ne plus auri & argenti facti, quod ne plus signati argenti & eris haberemus, &c.* Ceterum quas suprà decidimus quæstiones, cæc demum obtineant, ut constuiimus, si de voluntate testatoris dubitetur, quo casu ad Iuris interpretationem decurrimus; nam si apparcat utro in numero vetera sua numismata testator habuerit, facti an signati argenti numero, eam proq[ue]dubio sequemur, ut in toto contractu faciendum esse prudenter monent Iurisconsulti.

Trebel.
Pollio in
Claudio,

Lib. 24.

F I N I S.



Marmor Dol. Seqvavorum in Æde sacrâ D. Georgij.

VERBO ÆTERNO.

ET CLAVDIO CHIFLETIO,

LAVR. CONSILIARI REGIS MAGNI F.

SEQVANO,

DOLANÆ ACAD. ANTECESSORI,

RARA SANCTITATE VITÆ,

RARISSIMA IVRIS BONARVMQVE ARTIVM

PROFESSIONE CLARISSIMO:

QVI IN IPSO ÆTATIS ET STVDIORVM VIGORE,

CVM VARIA AD LEGES, AD HISTORIAS,

AD ELOQVENTIAM DV MEDITATA COLLIGERET,

GRASSANTIBVS TORMINIBVS RAPTUS,

ET SVBLATVS IN CÆLVM,

PATRIÆ DESIDERIVM, BONIS AMOREM,

STVDIOSIS ÆMVULATIONEM, IMPROBIS INVIDIAM,

SIBI GLORIAM, SVIS LVCTVM RELIQVIT.

IOANNES CHIFLETIVS MEDICVS,

FRATRI INCOMPARABILI ET B. M.

HVNC TITVLVM S. S. E. D. D. D.

NATVS EST ANNO A CHRISTO NATO.

M. D. XLI. PRIDIE ID. IVLII.

DENATVS M. D. XXC. XVII. KAL. NOVEMB.

HVNC LAPIDEM NOSTRI MONVMENTVM ET PIGNVS AMORIS

ACCIBE, ET ÆTERNVM FRATER AVE ATQVE VALE.

APPROBATIO CENSORIS.

EXIMIA sunt quacumque à Chifletiorum
manu & mente. In quibus hic de Antiquo
Numismate Liber Posthumus ; quem posteri-
tate & pralo censeo dignissimum. Bruxellæ
Pridie Idus Octobris, M. D.C. XXVIII.

Ioan. Bapt. Stratius librorum Cens.